




**De dvabvs gravissimis qvaestionibvs, conivnctione videlicet
Sacramentali, & vera communione corporis sanguinisq?ue
Christi, aduersus nouum Synusiastarum figmentum, & futilem
consensvs orthodoxi refutationem, siue, præcipuos
refutationis eius paralogismos, duo Logici, breues & perspicui
tractatus, Marci Beumleri Tigurini. Accesservnt in fine
Ivculentæ, & graues aliquot quæstiones Stephani Tzegedini
Vngari, de vero sensu verborum Cœnæ, de vsu & abusu
eiusdem.**

<https://hdl.handle.net/1874/416754>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>**

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. oct.

289



De L'ordre de
l'Instruction publique








Theologia

Octavo n°. 289.

enit p̄. **T**ertio. inī
quidem nō rēquiat. r̄ regnū
in salutē homini. et r̄ vītē p̄m R̄ iehi.
Facies pulchra r̄ducit mūlās r̄p̄
abducet. et mūlās sine ostiariis dicit
Emundius quidē de p̄halacio vēting
stat: quācā loqui tecū. **C**ristus n̄f
p̄iunt se t̄ fonsā. et fām orācō sedentū. **D**icit
n̄c̄r. **D**uid ē ad qđ vēnisti fili? **D**icit
qđ quidē vētū de p̄halacio et sū eum
et sū desiderium cōfūsionē mōnachōnū. **D**
factū est mūlā de hōa cōfūsione vēstī
p̄lo habucare vobis sū. qđ vēlācūr. bōlo







N. 12 C.

DE DVABVS

GRAVISSIMIS QVAE-


STIONIBVS: CONIVNCTIONE
videlicet Sacramentali, & vera communione
corporis sanguinisque Christi, aduersus no-
num Synusiastrarum figmentum, & futilem
CONSENSVS ORTHODOXI refu-
tationem: siue, præcipuos refutationis eius
paralogismos; duo Logici, breues &
perspicui tractatus, Marci
Beumleri Tigurini:

ACCESSIONT IN FINE LV=
culentæ, & graues aliquot questio[n]es Ste-
phani Tzegedini Vngari, de vero sen-
su verborum Cœnæ, de usu &
abusu eiusdem.

Ex anno Burchely

TIGVRI APVD C. FROSCHO-
VERVM. M. D. LXXXVIII.





AMPLISSIMIS
VIRIS, NOBILITA-
TE, PRUDENTIA, PIETATE-
que præstantissimis, Dominis Consulibus & Se-
natoribus inclytæ urbis sancti Galli, pluri-
mum sibi in Christo obseruandis

S. P. D.

VOTIES CVNQVE VI-
ri Amplissimi, sacras Literas;
quarum me Deus singulari sua
bonitate studiosum esse voluit;
in manus sumo, meq; in ijs exerceo: voties mi-
hi in mentem venit commemorabilis B. Cyril-
li Alexandrinis sententia, quæ extat Thesauri
lib. 8. Ante omnia, inquit, quando locum Scri-
pturæ aliquem rectè intelligere volumus, tria
diligenter consideranda sunt: Tempus, quan-
do scriptū est, quod dicitur: Persona, qua dicit
vel per quam aut de qua dicitur: Et res, pro-
pter quam aut de qua scribitur. Sit enim absq;
errore sensum poterimus verum inuestigare:
Præclara profectò & tanto Ecclesiae doctò

a 2

E P I S T O L A

re digna sententia. Quam cum plurimi, qui o-
lim sacras literas tractare interpretariq; cona-
ti sunt, & etiamnum hodie conantur, non pro-
bè obseruarint, varijs se errorum falsarumq;
opinionum laqueis i; retierunt, & alios irre-
titos tenuerunt. Nam ut infinitas propè a-
lias hæreses, quas Cyrillus cæteriq; orthodoxi
patres sollicitè strenue q; oppugnarunt, tacitus
præteream, vnius illius sententia vel ignoran-
tia vel incuria merito vicuperanda pertina-
cem illam & diuturnam de verbis Cœna con-
trouersiam, ex qua Ecclesia reformatæ gra-
ues calamitates acciderunt, concepit, peperit,
aluit, atq; indies magis magisq; propagat, dis-
seminat, auget. Atq; hæc ita se habere ex ac-
curatiore singulorum huius sententia mem-
brorum consideratione facile perspicietur.

Principio igitur cum aduersarij nostri
non satis diligenter attenderent circumstan-
tiā temporis, quo Christus suam Cœnam in-
stituit, nobisq; perpetuo ritu celebrandam com-
mendauit, à scopo veraq; sententia quam lon-
gißimè aberrarunt & adhuc aberrant. Chri-
stus itaque sacrosanctam suam Cœnam insti-
tuit

DEDICATORIA.

eruit & sanciuit ea nocte, qua à Iuda discipulo suo prodebatur, atq; à Iudeis in vincula ducebatur: quo tempore profecto tale corpus, quod videri & contrectari poterat, quod finitum erat & loco circumscribebatur, habebat: quo tempore in summa humilitate, obscuritate, paupertate, & contemptu degebat. Hæc enim duo, ut paulo post mortem cæterosq; cruciatus nostræ salutis causa subire & sustinere posset, omnino requirebantur. Hoc vero corpus ðœgatōv, οὐ τείχαπτον, οὐ αἰδηντὸν, hoc corpus sannis & ludibrijs Iudeorum exponenendum cruciū affigendum, nobis manducandum commendauit Dominus. Corpus enim Christi non aliter nisi quā crucifixum est, comeditur, et sanguis eius non nisi quā fusus est, hauritur. Hoc cum quidam hactenus non probè obseruarint, aut de industria neglexerint & disimularint, nescio quod corpus ðœgatōv, οὐ πειρίχαπτον, οὐ ἀεισον, οὐ πέριχριτον, καὶ οὐ περιχώριτον, hoc est, corpus non corpus nobis in S. Cœna manducandum finxerint, magnaq; importunitate contendent & adhuc contentant. Quapropter eorum sententiam cum ver

E P I S T O L A

þis Christi quasi è diametro pugnare , pen-
tius animo in rem intuenti facile apparebit .
Christus enim iubet manducare corpus ðe-
catorv , illi corpus ðeçatorv : Christus iubet man-
ducare corpus ðeçantov , finitum & loca-
le , illi corpus ðeçantov , infinitum , nul-
lo loco comprehensum , sed per omnia loco-
rum spacia diffusum : Christus iubet mandu-
care corpus aïdntov , quale scilicet capi , con-
rectari , duci , vapulare , cruci affigi pote-
rat , illi verò corpus aïdntov , hoc est , o-
mnibus suis proprietatibus spoliatum : Chri-
stus denique iubet manducare corpus , qua-
tenus traditur , quatenus crucifigitur , illi
quatenus est obiquitarium , maiestuosum ,
proprietatibus Deitatis essentialibus indu-
tum .

Et hi sunt isti doctores , qui omnium Eccle-
siarum Aristarchi esse volunt : hi sunt isti ,
quibus verba Christi semper in ore sunt , at-
que se ijs simplici fide acquiescere , nihil ad-
dere , nihil detrahere gloriantur : hi denique
sunt isti , qui nos tanquam bæreticos non ca-
lerandos vociferantur , & diro funestoque a-
natbemate

DEDICATORIA.

nathemate feriunt. Et hæc est prima causa
erroris.

Deinde cum ijdem personam, quæ dixit &
de qua dicitur, *Hoc est corpus meum*, hacte-
nus non rectè perpenderint, absurdâ dogma-
tâ in ecclesiam Dei inuexerunt, atque veteres
hæreses, iam dudum explosas et sepultas, qua-
si ab orco reuocarunt. Nam cum persona il-
la sit *Deus in Christo*, hoc est, in una eadém-
que indiuidua persona verus & perfectus
Deus, verus & perfectus homo, ut *Syno-*
dus Chalcedonensis rectè determinauit, & S.
literæ passim inculcant, necesse omnino fuit v-
triq; naturæ suas proprietates & similitudines, hoc
est, essentiam constituentes attribuere. Cu-
iusmodi sunt Deitatis τὸ ἀνάρχον carere prin-
cipio, τὸ ἀτελον γὰρ απαθές, id est, mutatio-
nis & passionis expers esse, τὸ ἀωείγα-
μον loco non circumscribi, τὸ ἀόριστον in-
finitum esse, τὸ ἀόρατον inuisibile esse, τὸ
παντοδικαιον omnipotentem esse, ut alia
innumera prætermittam.

Hæc autē ita Deitatis sunt propria, ut S.
literæ passim docent, et catholica orthodoxa.

E P I S T O L A

ecclesia semper piè credidit, ut nemini, qui natura non sit Deus, re ipsa & verè communica ri, tribui, et competere queant. Nam propria ideo dicuntur propria, quia vni, soli, & sem per subiecto insunt, quia cum subiecto recipro cantur: quia ἀνονωνύττος έχει, id est cum nullo alio subiecto communicantur.

Humanitatis verò propria sunt, ut paucatantum & ad præsens negotium apprimè pertinentia attingam, τὸ ξήσθιον creatum esse, τὸ οἰκατορίον visibile esse, τὸ αἰδοντον̄ sensibus subiectum esse, τὸ θελγαντον̄ loco circumscribi & contineri. Atq; hæc, ut alia multa ita propria sunt humanitati, & perpetuò cum ea coniuncta, ut citra ipsius perniciem & interitum ab ea tolli separariq; ne cogitatione quidem possint. Tollens enim proprietates, tollit naturas.

Hæ itaq; duæ naturæ, ita suis proprietatis distinctoriæ, in unam personā coeunt & consociantur, ut viri q; suæ proprietates saluae & incolumes retineantur: ut altera in alterā non mutetur: ut altera alteri non exequetur: ut inter se non confundantur aut permisceantur.

Et

DEDICATORIA.

Et hoc est quod veteres doctores (quorum sermonis genus purum & verbo Dei consentiens pijs mentibus magnæ voluptati esse debet) dicserunt, duas naturas, in una individualaque persona Christi, ἀρπέτως, ὁσυχύτως, ἀδιαιρέτως, hoc est sine conuersione, sine confusione, sine diuisione coniungi & copulari.

Hac cum aduersarij vel non accuratè obseruarent, vel non ritè ponderarent, vel benè non intelligerent, vel de industria obscurarent, ut scilicet suam consubstantiationem stabilirent, in Christo imaginati sunt humanitatem ubiq̄ locorum præsentem, hoc est, in omnibus cantharis ceruisciarijs & vinarijs, in omnibus arborum folijs, in omnibus agrorum graminibus, in omnibus locis tetricis & obsecnis, atque adeò (horrendum dictu) in inferno & diabolis constitutam. Quod certè nihil aliud est, quam σύχνη seu confusionem Eutychianam, Deo & omnibus pijs odiosam in Ecclesiam reducere: corpus Christi, quod etiam in summa gloria, teste sacra Scriptura, nostris corporibus ὄμοισιον & σύμιμορφον manet, in monstrum Eutychianum, ubiq̄ lo-

EPISTOLA

corum diffusum commutare, imò corporis Christi naturam penitus destruere. Deinde corpus quoque fixerunt, quod nec videri, nec tangi, nec omnino sensibus percipi possit. Quod nihil aliud præ se fert & redolet quām phantasma & spectrum Martioniticum: quod multis ab hinc annis ab orthodoxis patribus debellatum, conuictum, ex Ecclesia exturbatum est: nunc verò, nisi mature resistatur, reuiuscere & caput rursus erigere conabitur. Denique humanitatem suis cerebris fabricarunt infinitam potentia & scientia, realiter in se suaque essentia omnes proprietates τε λογικές & essentiales habentem: qua ratione etiam unionem personalem, tanquam forma συστάκη definiunt & metiuntur. Hoc verò quām longè absit à confusione Eutychiana οὐσικῆι, norunt omnes ij, quibus Eutychius infasti delirium notum est: & quām longè dissideat ab exequatione honoris & authoritatis Nestorianæ, in qua hæreticum illud portentum nunc paulatim reuiuscens, unionem, teste Cyrillo, ponebat, iudicens omnes,

DEDICATORIA.

omnes, qui sine affectu & præiudicio iudicari possunt. An verò hæc doctrina sit orthodoxa, iudicium esto penes eos, qui existimare possunt, quanti nostra intersit Christum, qua homo essemus, nobis esse ὁμοστοι & per omnia, excepto peccato, similem: Christum, qua homo essemus, posse nostris infirmitatibus affici: Christum, qua homo essemus, reddere mortalia nostra corpora σύμμορφα conformia, glorioso suo corpori. Quæ omnia, hoc essemus, firmissima fidei nostræ, quibus nititur & sustentatur, fundamenta & fulra, doctrina ista siue Eutychiana, siue Marcionitica, siue Nestorianæ, siue Brentiana (nam unam noris omnes noris) non solum labefactat, sed etiam funditus conuelliit. Nos igitur aduersus falsas istas opiniones erroresq; turbulentos arcte tenemus acurateq; defendamus, Christum, qui dixit, Hoc est corpus meum, verum corpus assumptissime & retinere perpetuo: verum autem corpus loco definiri & terminari: oculis videri: manibus correctari, & in sensus nostros cadere. Quod ipse Christus à mortuis excitatus, omni infirmitate deposita, testatur est Lu. 24. Vide

EPISTOLA

manus meas & pedes meos: nam ego ipse
sum: concrectate me ac videte: nam spiritus
carnem & ossa non habet, pro ut conspicuus
me habere.

Tertiò cum aduersarij minus accurate
considerarent rem, de qua in sacra Cœna scri-
bitur, in grauiissimos errores rapti sunt, in qui-
bus adbuc pertinacissimè versantur. Nam
primo, cum in sacra Cœna agatur de Sacra-
mento, omnino de ea, ut de Sacramento lo-
quendum, scribendum, sentiendum, & docen-
dum fuit. Omnia siquidem Sacramentorum
ypna eademq; es; ratio, vna eademq; forma
seu differentia systatica, vnius idemq; finis, of-
ficium & usus. Ab hac igitur analogica in-
terpretatione cum isti, intemperie quadam a-
nimi transuersum acti, deflecterent, plurimi
se & grauiissimis erroribus implicarunt, quos
tandem utinam sibi eripi patientur. Inter
cæteros autem (quis enim omnes consecre-
tur?) duos potissimum libet hoc loco attin-
gere.

Prior es; de Sacramentali, quam vocant,
vñione, hoc es; de signi & rei signatae (qui-
bus

DEDICATORIA.

bus omne Sacramentum constat) coniunctione. Nos quidem naturam omnium Sacramentorum obseruantes, dicimus & docemus, uniuersitatem istam esse christinam seu relatiuam, hoc est, consistere in analogia signi & rei signatae, & quae ex illa consequitur, in utriusque perceptione, in vero legitimoque vnu. Sacramentorum enim totum esse constitut & perspicuum in mutua relatione, qua signum ad signatum, & signatum ad signum refertur. Signum quandoquidem non esset, nisi ad signatum referretur, hoc est, nisi rem aliquam veram significaret & obsignaret: ut nec contra signum esset, nisi etiam esset, quo signaretur & obsignaretur. Hac verò ita esse in priore nostro tractatu pluribus argumentis exposuimus & demonstrauimus.

Aduersarij verò contra Sacramentorum omnium naturam & proprietatem, contra analogiam fidei, contra omnem sacræ Scripturæ autoritatem, coniunctionem istam definiunt nouæ plane & inauditæ ratione: veri dulci et reali & substantiali corporis sanguinis Christi in pane & vino, sub pane & vi-

EPISTOLA

hō, cum pane & vino inclusione, existentia; &
occultatione: non quidem, ut præ se ferunt, &
vociferantur, naturali, sed supernaturali, non
locali sed incircumscripta, non effabili sed
ineffabili, non intelligenda sed mente cre-
denda.

Quotus verò quisq; es ē adeò mente cap-
tus, qui non intelligat hæc partim à natura
& definitione Sacramentorum abhorrere, par-
tim dissidere à seipsi interq; se discordare?
Nam primo circumcisio externa non dicitur
sacramentum, quod tanquam latibulum in se
& sub se contineat internam cordis circumci-
sionem, sed quia σφεργής sigillum fuit circum-
cisionis cordis & animorum, ut Paulus Ra-
man. 4. interpretatur.

Deinde agnus paschalis dicitur transitus,
non quod transitus in agno paschali, tanquam
pecunia in loculo aut infans in cunis, con-
tineatur & recondatur: sed quia fuit sigil-
lum, signum, memoriale, tam præteriti quam
futuri transitus. Sic petra dicitur Christus,
non quod Christus certo tempore incarnan-
dus in & sub petra latuerit: sed quia fuit
typus

DEDICATORIA.

Typus, signum, & sigillum Christi exhibendi.

Sic baptismus est sanguis Christi, est ablutio peccatorum, est lauacrum regenerationis, non quod in & sub aqua baptismi sanguis Christi, ablutio peccatorum, lauacrum regenerationis abscondatur & inclusum teneatur.

Mirari ergo quis possit, quid istis Theologis in mentem veniat, quibus rationibus adducantur, qua opinione trahantur, ut nouam signi & rei signatae in S. cœna comminiscantur & somnient coniunctionem, eamq; non modo diuersam à ceteris Sacramentis, sed penitus abhorrentem, nouam, & ante hunc diem inauditam. Quasi verò cœna Dominica, licet ceteris sacramentis aliquo modo augustior sit, in sua forma non planè eadem sit cum reliquis sacramentis omnibus: nam forma mutata rem quoque ipsam mutari & de suo statu moueri, nomenque amittere necesse est omnino: quod concedunt & intelligunt omnes, in quorum animis aliqua scintilla veræ sapientiae residua est.

At verò occurritur nobis ab illis, veteres in

EPISTOLA

suis Sacramentis umbras tantum, rei vero nihil habuisse. Plausibilis sane & speciosa obiectio, sed firmamenti nihil habens, atque pro rei veritate umbras fallaces venditans. Nam primò Sacraenta veterum plane eneruat, extenuat, atque omnino tollit: quippe cum nullum Sacramentum esse possit, quod solis umbris constet. Sacraumentum omne, ut veteres rectè monuerunt, constat duabus, non umbris, sed rebus, terrena videlicet & cœlesti. Itaque aut fatendum est, veteres nulla omnino Sacraenta habuisse, aut concedendum illorum Sacraenta aliquid amplius & augustius magnificentius quam præse tulisse & ob signasse quam nudas umbras. Deinde hæc eadem obiectio qua se triumphare posse sperant aduersarij, veteribus salutem & vitam æternam planè negat & aufert. Nam umbris manducandis nemo vitam consequitur. Solus Christus est cibus, qui manducatur ad vitam æternam. Hunc igitur qui non manducat, vitam in se nullam habet.

Sed virginē illi amplius, & acrius suas hastas in nos vibrare conantur. Christus, aiunt,

tum

DEDICATORIA.

rum temporis nondum fuit in rerum natura,
quomodo ergo manducari potuit?

Ad hoc parata & prompta est responso.
Caro Christi actu quidem primo non fuit, si-
c ut nec nunc est in hisce terris, si credimus
sacris literis; ut merito credimus: at fuit
promissione diuina, fuit etiam fide, quæ duo
res eas, quæ sperantur coram sistunt, unde fi-
des $\tau\omega\delta\sigma\alpha\tau\iota\kappa$ à Paulo dicitur, & eas, quæ
non videntur, luculentissime demonstrat, vn-
de $\epsilon\lambda\epsilon\gamma\chi\theta$ ab eodem nuncupatur. Itaque
neque locorum neque temporum interuallum,
vel longissimum, gratia diuinæ diffensatio-
nem remoratur aut impedit.

Neque verò hoc pacto elabuntur illi, quo
minus cogantur dare, unam & eandem in
Sacramentis veteris & noui Testamenti si-
gni & rei signatae esse coniunctionem: quippe
cum veterum Sacra menta non solum rerum
futurarum signa fuerint, sed etiam præteri-
tarum & re ipsa præstitarum sigilla: sic enim
Paulus circumcisionem iustitiae Abrahamo
iam collatae & imputatae $\sigma\varphi\varrho\varphi\gamma\iota\delta\alpha$ sigillum
appellar. Ita quoque agni paschalis solenni-

EPISTOLA

tas & ceremonia non solum futuri transitus
& venturi agni, sed etiam transitus Ægyptiaci, id est, beneficij eximij, iam re ipsa
præstiti & accepti, sigillum & memoriale.

Eant nunc igitur avi isti rerum efficiatores & contendant in, sub, & cum circumcisione præputij, quæ fuit sigillum & signum fœderis iam icti & sancti, item iustitiae iam exhibitor, ut etiam panis & vinum corporis sanguinis que Christi iam exhibiti & noui fœderis iam facti, latuisse ipsum fœdus & ipsam iustitiam fidei, non secus ac sub pane & vino lateat corpus ac sanguis Christi. Eam deinde & ad rauim usque vociferentur, transitum, quem in Ægypto accidisse prohibent, sed postea Hierosolymis in & sub agno paschali, qui eius munificus erat, ut panis & vinum corporis & sanguinis Christi absconditum latuisse.

Ne verò suæ causæ deesse videantur nunquam non obiciunt caducum illum & prætridum arietem, quo nos se prosternere & affigere posse confidunt: videlicet sacramenta exinaniri, signa vacua fieri, nil nisi signa nuda

DEDICATORIA.

mūda relinquī, nūsi concedatur in & sub pane
corpus Christi latere, ac in ora sumēntium in-
seri.

Sed quæ hæc quæso insania? quod peruersū
iudiciū? quis mentis animorumq; stupor? An
circumcisio præputij, quæ fuit σφεργίς sigil-
lum iustitiae, ideo fuit exinanita & nu-
dum signum, quia iustitia fidei sub externā
circumcisione, tanquam sub integumento &
iuvolucro, non delituit? An agnus pa-
schalis, qui fuit memoriale & insigne benefi-
cij commemorabilis, quo Deus suum populum
in Ægypto affecerat, quia illud beneficium
sub carne agni Paschalis non absconditum
fuit, ideo inane & vacuum signum, nudumq;
spectaculum fuit? Nemo, opinor, tam ineptus
erit, qui hoc assuerauerit. Nos igitur sacra
menta nō exinanimus, qui tā sollicitè docemus
& tam constanter credimus à Deo per spiri-
tum & fidem res ipsas, quas sacramenta præ-
se ferunt, quas pollicentur, quas repræsentant
& obsignant, tam verè tamq; certò nobis com-
municari, applicari, impertiri, quam certò

E P I S T O L A

& verè externa signa externè communicantur, applicantur, impertiuntur, & percipiuntur.

Ex his itaq; non difficile est indicare, aduersariorum doctrinam natura Sacramentorum infensissimè aduersari: non p̄d̄ d̄ ei: q;.

Iam verò hanc eandem à seipsa dissentire nullo negotio probatur. Si enim facientur aduersarij Christum habere verum corpus, carne & ossibus conflans, quomodo quo in loco erit non localiter: quomodo alicubi erit modo à corpore? Deinde si modus est inefabilis, si sensu & cogitatione non percipitur, cur eum tot particulis modum definientibus exponunt & declarare conantur: cuiusmodi sunt, realiter essentialiter, substantialiter, corporaliter, inuisibiliter, in, sub, cū pane & vino. Pudeat igitur tandem istos Theologos ex uno & eodem ore frigidum & calidum efflare, hoc est, tam aperta & manifesta contradictionia implicare. Fateantur tandem Christum verum corpus non habere, aut concedant id ubique locorum fuerit, loco circumscribi: item fateantur modum esse effabilem, aut ab istis

DEDICATORIA.

Istis particulis, toties recordatis, abstineant.
Atque haec de primo errore dixisse sufficient.

Venio ad alterum, qui est de perceptione
rei signatae, hoc est, corporis & sanguinis
Christi. Nos igitur analogiam fidei, ut in cæ-
teris omnibus, ita quoque hoc loco sartam ce-
dam conseruates & magna religione sequen-
tes, docemus corpus & sanguinem Christi verè
quidem, at non ore, sed fide, non dente sed men-
te, non corpore sed spiritu percipi, applicari,
retineri. Quandoquidem hic non agitur de
esculentis & poculentis oris, sed de alimonia
spiritus: non adornatur hic & agitatur con-
uiuum dentium & ventris, sed animæ & men-
tis fidelis: non pascitur & saginatur hic cor-
pus, sed spiritus. Hanc verò analogiam fidei
nostræ conuenientem aduersarij susq; deq; fe-
rentes, docent & contendunt, corpus & san-
guinem Christi non minus ore, dentibus, pala-
to corporeo & externo, quam externa & ter-
rena symbola, tam à pijs quam à impijs, tam ad
condemnationem quam ad vitam auctoritatem
percipi, manducari, & in ventrem traijci.
Horrendum profecto & intolerabile dogma:

EPISTOLA

ponum & inauditum commentum: crudele &
ab omni non dico pietate sed humanitate alio
num somnium: flagitium inexpiable, & in
quo cætera omnia scelera complexa esse vi-
denter, iubens figmentum. Ad cuius mentio-
nem piæ, religiosæ, sacrisq; initiatæ mentes
merito exhorrescunt. Maius siquidem flagi-
tium est, carnem hominis ore deglutire, quam
eam manu occidere: grauius & grauiori pœ-
na vindicandum scelus, humanum sanguinem
ore haurire, quam manu fundere: ut pia
veritas & in primis Augustinus pie rede-
que docuit.

Itaque homines isti, qui sibi censoriam
virgulam in omnes Ecclesias insolenter su-
munt, & nullo exemplo usurpant, crassus &
crudus de carnis Christi manducatione cogi-
tationibus non solum superant, sed etiam,
quod grauius est, contra mentem & senten-
tiam Christi, qui, ut Capernaitas à carnali-
bus ipsis cogitationibus ad spiritualem rerum
diuarum contemplationem traduceret, car-
nem suam ore corporeo manducatum non
prodeesse pronunciauit, magna importunita-
te &

DEDICATORIA.

de & intolerabili audacia contendunt, carnem Christi ore corporis comedendam esse. Et hic est alius error, quo se & alios in errorem induunt aduersarij.

Ex his autem quiuis facile intelligit, quo ad verba cœnæ, hæc duo in controuersiam disceptationemq; vocari, videlicet quomodo signum & res signatae, hoc est, corpus & sanguis Christi coniungantur: Deinde, quomodo res signata percipiatur, hoc est, quæ sit vera illa novovicia corporis Christi. De his igitur, et si à nostris hominibus, superioribus annis, multa grauiter scripta disputataq; sunt, tamē & ego de consilio piorum doctorumq; virorum, quorum auctoritatē aspernari non audebam, voluntatem autem negligere non debebam, duos logicos, hoc est, breues perspicuosq; tractatus ex S. literis meditatus sum, & in hūc libel lum congeSSI: quorū prior est De coniunctione sacramentali: posterior De vera cōmunione corporis sanguinisq; Christi. Hanc autē ferè mihi viam ingrediendā duxi: ut primò nostra, hoc est, S. literarum sententiam Syllogisticè exponerem, interpretarer, confirmarem:

E P I S T O L A

deinde verò aduersariorum sophismatum E-
lenchum instituerem atq; errores ad suos fon-
tes, vnde promanant, reuocarem, hocq; modo
corrigere & ex mentibus hominum eripere
studerem. Nam hanc optimam & expeditis-
simam res controuersas explicandi dijudican-
diue rationem esse, omnes, opinor, mecum
fatebuntur.

Vobis autem, viri amplissimi, hæc meas
qualescunq; meditationes offerendas, & , vt
ita dicam, consecrandas præceptores mei, ve-
stri nominis amantissimi, maximo grauissi-
moq; iudicio censuerunt.

Nam primo ea es famæ nominis q; vesti
celebritas, vt penè totum terrarum orbem pe-
ragrauerit, atque ijsdem quibus cœlum, quod
intuemur, finibus terminetur. Veteres equi-
dem illas laudes, quibus Rhetores in suis quæ
exornare & dilatare volunt, argumentis ad-
libere consueuerunt, cuiusmodi sunt vrbis an-
tiquitas, commercia toto orbe celebrata, opes
auitæ, industria ciuium admirabilis, solertia
eximia, alacritas singularis, prætermitto. V-
num igitur illud dico, quod es maximum &
magni-

DEDICATORIA.

magnificentissimum, quodquia sequentibus tem-
puribus omnium voce & memoria celebrabi-
tur, vos nimirum tam exquisita prudentia,
tam admirabili animorum aequitate & mo-
deratione, tam singulari fide, tam incredibili
constantia, tam salutaribus legibus, tam accu-
rato iudicio res tam Politicas, quam Eccle-
siasticas vestras instituere, disponere & guber-
nare, ut inter alias vrbes auctoratissimas,
omnium sanorum iudicio, primam sapientiae
laudem habeatis: vt piæ grataque, posteritati
exemplo sitis futuri, vt omnis sequens ætas
sermonibus & literis, vestras virtutes sit præ-
dicatura.

Itaque non dubito, quin illustris illa vestra
virtus, huic meæ commentationi dignitatem
aliquam existimationemque, sit conciliatura a-
pud bonos viros: omnibus contrà malevolis,
quorum hodie omnia plena sunt, magnum ter-
rorem incussura, atque eorum Theoninos den-
tes, quibus nihil non arrodunt, repressura. Vir-
tutis enim ea vis est, vt non solum plurimos
in sui admirationem rapiat: sed etiam alijs, à
quibus colitur, omnium bonorum fauore con-

EPISTOLA

ciliet, eosq; ab iniurijs violentorum hominum
quàm optimè defendat.

Huc deinde accedit admirabilis illa, iu-
cunda, perpetua & constans in rebus ad reli-
gionem attinentibus consensio, qua cuncta cog-
natione affinitateq; inter se continentur &
iunguntur vestra & nostra vrbs, ut maior
nulla esse possit, ut omnibus pacis amantibus
voluptati summa sit: ut omnibus veritatis i-
nimicis summum dolorem afferat: ut causæ
nostræ bonitatem & veritatem luculentissi-
mè demonstreret.

Nam nihil est, quod tam alliciat &
atrahat ad impense amandum, quàm idem re-
ligionis studium: nihil est, quod bonos maiori
voluptate afficiat, quàm concordia synecera,
perpetua & minimè simulata: nihil est, ex
quo impij maiorem dolorem hauriant, quàm
ex bono bonorum consensu: nihil est, quod rei
veritatem magis commendet, quàm si à bo-
nis pijsque hominibus constanter & conti-
nenter defendatur, propugnetur, afferatur.

Atque huius laudatissimi & fructuofissi-
mi consensus, hasce meas meditationes pu-
blicum

DEDICATORIA.

blicum testimonium extare voluerunt praec-

prores mei.

Plane autem mihi persuadeo & confido,
ut omnia quæ à vestra vrbe in nostram profi-
ciscuntur, nostris hominibus accidunt grati-
fima, ita quoq; hanc meam ἀποτῷνον &
institutum vobis non ingratum fore. Idq; eā
magis, quod me non fugit, quæ sit vestra erga
vrbem Tigurinam benevolentia. Paruum e-
quidem fateor, & exiguum munus est: at com-
pletitur res longè maximas, maximaq; con-
sideratione dignissimas. Nam in eo veris so-
lidisq; rationibus vera & genuina Christum
cibum vitam afferentem, amplectendi, nobis
ad vitam æternam applicandi in consortium
membrorum eius perueniendi ratio & via ex-
ponitur, afferitur, demonstratur. Hac qui re-
stè ingrediuntur, æterno ævo cum Deo & om-
nibus electis fruentur: ab hac qui vel aberrat
in scij, vel defleunt prudentes, æternis ma-
stabuntur supplicijs, nisi forte in verum hunc
tramitem reducantur.

Præterea plurima grauiſſimaq; maledi-
cia, quibus nonnulli veteratores, ne quid gra-

EPISTOLA


quius dicam, nos nostrasq; ecclesias immerentes
intolerabili libidine insectantur, declinantur,
& refelluntur. Ex his enim breuibus quiuis
facile iudicabit, nostras ecclesias neq; omnipo-
tentiam diuinam in dubium vocare: neq; Chri-
stum mendacij arguere: neq; Testamentum
Christi violare: neq; nostris cogitationibus ni-
mium indulgere, neq; Dei consilia & myste-
ria rationibus humanis metiri & astimare,
multò minus Nestorianam, Turcicam, Ma-
hometicam doctrinam in ijs doceri.


Quæ tamen crima hodie nonnulli theolo-
gi in nos configere, atq; miseris suis auditori-
bus persuadere non erubescunt. Itaq; nos tan-
quam nocentissimos hæreticos fugiendos esse
in suis pulpitis perpetuò vociferantur: Princi-
pibus & magistratibus ut nobis nullum in ec-
clesijs locum relinquant, magno cum ecclesia-
rum damno persuadent. Quæ omnia præstan-
tissimus vir D. Eusebius Cleberus, qui hodie
in vestris ecclesijs magna cum laude, dexteri-
tate & vilitate Euangelium Christi docet,
expertus est, atq; idcirco optimè testari pote-
rit. Quemadmodum itaq; gemmarum præstan-
tiam


DEDICATORIA.

Etiam non ex magnitudine aut grauitate ponam
deramus, sed virtute & efficacia metimur: sic
quoquia scripta illa, quae Laconica breuitate res
arduas & difficiles persequuntur, astimanda
iudicandaque, censem erudit*i* omnes. Idem quo
que vos viri amplissimi, qui vester es*C*an-
dor, rerum ad religionem pertinentium peri-
tia, pietas, fides, facturos esse in certissimam
spem adducor: quae si me non defellerit, maxi-
mum me ex hoc qualicunque, labore, fructum ac
cepisse arbitrabor. Deus pater luminum vos
et ceterosque pios magistratus, quibus vera reli-
gio curae cordique, es*C*, sui agnitione quotidie atti-
geat, magis magisque, illuminet & confortet, ad
nominis sui sacro*sancti* propagationem, ad af-
flict*a* ecclesiae consolationem, ad vestram salu-
rem: quod continent*e* pijsque, votis mecum exo-
pan*t* omnes boni. Data Basile*a* pridie I duum
Sextil*is*, anni salutiferi partus 1584.

V.D.addictissimus Marcus
Beumlerus Tigurinus.







DE VNIONE,

QVAM VOCANT, SACRAMEN-
TĀLI, HOC EST DB SIGNOS
rum & reis significatæ in S. Eucharistia coniun-
ctione, aduersus monstrosum ovv&stiac com-
mentum brevis, perspicua, & logica

commentatio Marci Beumleri

Tigurini.

PERTINACIS & tristis contro- Diuturni
uersiæ, de Eucharistia, causa non
minima esse videtur, quod magna pars eorum, qui de ea disceptant,
vel ignorant vel dissimulant veram signi cum
re signata coniunctionem, & nostram cum
Christo vniōnem. Nam his duobus mysterijs Ratio,
recte intellectis & dextrè explicatis, vel tota
controversiam tolli, vel alterius disceptan-
tium partis absurdam & impian opinionem
omnibus conspicuam fieri, necesse est. Fert Propositio.
igitur animus breuiter, perspicue, & logice,
pro eo, quem Dominus concesserit modulo,
quæ ab alijs copiosè & expansis velis dispu-
tata sunt, in unum fasciculū colligere, & tan-
quam in tabella lectori veritatis cognoscen-
dæ cupido intuenda & consideranda propo-

A

DE VNIONE SACRAMEN.

Votum. nere. Deum autem patrem lumen ardenti pectore rogamus, ut fulgore sui spiritus aciem mentis nostrae illustret: ut veritatem inuestigare, inuestigata reete exponere, expositam, omni posthabito praejudicio, deposito metu periculorum, incommodorum, infamiae, amplecti & sectari valeamus.

**Protestatio
pia & ne-
cessaria.** Principio igitur coram tota & vniuersa Christi ecclesia testamur testatumque volimus, neque nos neque preceptores nostros, quorum vestigijs insistimus, locutionem unionis Sacramentalis, primò vel finxisse vel usurpare, vel approbasse, vel etiam huic controuersiae accommodasse. Non enim sumus iij, qui id nobis sumamus, vt nouas phrases, hoc est, à S. Scriptura alienas, à veteris Ecclesiae consuetudine abhorrentes, à natura rerum, quibus tribuuntur, remotas fingamus & Ecclesiae obtrudamus. Talem autem hanc esse intelligunt & magnō suo dolore intelligūt, qui ex verbo Dei didicerunt arctiori vinculo, & firmiori nexu corpus Christi cum fidelibus iungi & copulari, quamcum pane & vino. Corpus Christi non pani & vino, sed fidelibus destinari, promitti, & offerri.

**Aduersarij
cogunt nos
uti noua
phras.** Verum cum aduersarij hanc locutionem, qua tanquam noua & subtili penula nouam suā & crassam ovysoriar, hoc est, cōsubstantiationem

C O M M E N T A T I O : 2

nem corporis & sanguinis Christi cum pane
& vino tegere & exornare conantur, in suis
scriptis ad tedium usque repetant, nolentes
volentes eam usurpatius: ut nouum illud mon-
strum & idolum eodem facilius & comodius non
solum viuis coloribus depingere, sed contuni-
dere possimus. Notabunt autem lectores, ut ^{Vt nomine;}
nomen, quod rei symbolum esse debet, ita ^{ita dogma;}
quoque rem, nouam, inauditam, S. Scripture ^{proinde fidei;}
& veteri Ecclesiae penitus incognitam esse:
ac proinde merito a nobis oppugnari & ex-
nostris Ecclesijs summodueri.

Deinde, disputaturi de unione, quam vocan-
t, sacramentali, haud abs re facturi vide-
bimur, si de voce, Sacramenti, pauca quedam
præmisserimus.

Ac primò quidem nomine Sacramenti me-
taphoricum est, ex politia Romana desum-
ptum, atque in Ecclesiam introductum. Nam
Sacramentum apud Romanos posteriore signi-
ficatione dicebatur iuramentum & ceremonia
illa, quam milites suis ducibus & imperatorib.
se obligabant: id quod norunt ij, qui in Ro-
mana historia vel mediocriter versati sunt:

A scriptoribus vero Ecclesiasticis dupli-
citer, quantum nos quidem, saluo aliorum
iudicio, existimamus, usurpatur, proprieni-
tatum & synecdochice.

DE UNIONE SACRAMEN.

Propriet.

Proprie accipitur pro signo, pro ritu, ce-
remonia, & actione externa, quæ ad internam
& spiritualem refertur. Hoc sensu dicitur ab

August. E-
pist. 5. ad
Marcel.

August. Epist. 5. ad Marcellin. Longum esset
disputare de varietate signorum, quæ cum ad
res diuinas pertinent, Sacra menta appellan-

Ad Bonif.
Epist. 23.

tur. Item ad Bonifac. Epist. 23. Sicut ergo pa-
nis secundum quendam modum sacramen-
tum corporis Christi, corpus Christi est; Sa-
cramentum sanguinis Christi, sanguis Chri-
sti est. Cyprianus in Serm. de Chrism. Sed &
nos ipsi corpus eius effecti, sacramento & re-
sacramenti capiti nostro connectimur.

Synonyma

Huic significationi synonyma sunt & re-
spondent vocabula, quæ crebrò apud Patres
occurunt, Signum, Similitudo, Exemplar,
memoria, memoriale, significatio, mysterium,
typus, antitypus, symbolum, & similia multa.
Quæ idcirco moneo, ut æqui & iniqui intel-
ligant, Zuinglio & eius discipulis grauissi-
mam fieri iniuriam ab aduersarijs, in suis pul-
pitibus ad raucedinem usque clamitantibus,
Zuingliū & eius discipulos nouitatis & con-
tentio nis studio hæc vocabula excogitasse,
atque ad panem & vinum Eucharistie tra-
duxisse.

Synecdo-
chicōs.

Synecdochice autem accipitur, quando
Sacramenti vocabulum de signo & re signata
dicitur.

dicitur. Fit enim propter arctam & necessariam vtriusque connexionem, ut ex parte totum significetur. Hoc sensu dicitur, Sacra- Ireneus
mentum constare duabus rebus, terrena &
celesti: cum tamen sacramentum propriè lo-
quendo terrenam tantum rem significet.

Ex hac posteriore significatione grauissima existit inter nos & aduersarios quæstio & contentio de coniunctione signi & rei signata, & nominatim de coniunctione panis & corporis, vini & sanguinis Christi.

Nam nos, verbum Dei secuti, rationem sacramentalem, hoc est signi cum re signata coniunctionem metimus & definimus duabus rebus, analogia videlicet signi & rei signata, atque vtriusque perceptione in vsu à Deo instituto. Atq; ideo nullam aliam coniunctionem hic quærendam, statuendam, imaginandam esse, quam ἀραλογίην, σχετικὴν, hoc est, relativam & sacramentalem contemdimus.

Aduersarij vero, quamuis verbo negent, Aduersarij
tamen re ipsa statuunt & astruunt physicam
& localem signi cum re signata coniunctionem: dum docent corpus Christi & sanguinem eius esse in pane & vino, alligari pani & vino: latere in pane & vino: includi pani & vino.

DE VNIONE SACRAMEN.

Controver
sive determi
natio.

Queritur igitur & controvèrtitur, Vtrum
vnio sacramentalis, seu coniunctio signi cum
re signata, id est panis & vini, & corporis &
sanguinis Christi sit analogica χ eritati & in
legitimo tantum usu: quam sententiā nos de-
fendimus. An vero sit existentia seu inclusio
& absconsio corporis in pane, quod sibi cras-
so cerebro imaginantur aduersarij.

Velonē esse
 χ eritati
tribus argu-
mentis de-
monstratur.

Nos prius nostrae sententiæ membrum,
quod statuit, coniunctionem signi & rei signa-
tæ esse relatiuam, tribus argumentis demon-
stramus: ac totidem aduersariorum idolum
& monstrum, hoc est, existentiam corporis
sanguinisq; in pane & vino refutamus.

Primum du-
citur à pro-
prio adiun-
cto relato-
rum.

Propositio.

Assumptio.

Cōplexio.

Primum argumentum ducitur à proprio
relatorum adiuncto, atque hoc syllogismo
explicatur.

Cui competit definitio & natura relatorū,
eidem quoq; competit propriū adiunctum.

Sed Sacramento cœnæ competit definitio
& natura relatorum.

Ergo ijsdem quoque competit proprium
adiunctum, id est, vnio seu coniunctio χ eritati
& analogiæ.

PROPOSITIONIS declaratio.

Propositio manifesta est luce naturæ. Si id
inerit,

C O M M E N T A T I O .

4

Inerit, quod minus videtur inesse: id quoque Propositio
conferma-
tur axioma
te Logico.
inerit, quod magis videtur inesse. Nam si sa-
cramenta ad categoriam relatorū pertinent,
atque adeò relata sunt, quis sana mente præ-
ditus negauerit, inter ea quoque esse coniun-
ctionem $\chi\epsilon\nu\kappa\lambda\omega$ & relatiuam.

A S S U M P T I O N I S T R A C T A-

tio et confirmatio.

Affumptio verò, in quo est $\chi\rho\pi\mu\delta\rho\sigma$ & Affumptio
probatur
duobus p-
syllogismis
cardo quæstionis, nobis plenius examinanda
& demonstranda venit, idq; duobus prosyl-
logismis.

Prior ducitur à definitione relatorum, & Prior à defi-
nitione Re-
latorum.
hoc modo formatur.

Vbicunque duæ res constant è mutua affec- Propositio.
tione, seu $\chi\epsilon\tau\epsilon\iota$ & habitudine, ijs competit
definitio & natura relatorum.

Sed in Eucharistia signum & res signata Affumptio.
constant è mutua affectione, $\chi\epsilon\tau\epsilon\iota$, habitu-
dine & respectu.

Ergo Eucharistiæ competit definitio & Cōplexio,
natura relatorum.

P R O P O S I T I O N I S

ἐπαρίστασις.

Propositio nititur trito & in scholis cre- Propositio
nis confir-
matio ab
brò usurpari solito axiomate: Cui competit

A 4

DE VNIONE SACRAMEN.

Axiomatis definitio, eidem quoq; competit definitum & contra. Nam definitionis maxima & præcipua virtus est, posse αὐτισμόφεδων siue conuerti.

ASSUMPTIONIS declaratio.

Assumptum verò, quanquam luce meridiana clarius sit, & instar basis adamantinæ, tamen in gratiam simpliciorum, qui facile à reprehensoribus veræ Philosophiæ ir errorem inducuntur, hoc modo asserimus, & explanamus. In S. Eucharistia signi, quod est panis & vinum, totum esse consistit in relatione & respectu ad signatum, quod est corpus & sanguis Christi, atque utriusq; effecta & comoda. Nam panis & vinum sacramenta seu signa non sunt, nec cogitari aliter possunt, nisi referantur ad signatum: & contra signatum esse nō potest, nisi respectu ad signum. Quomodo enim quæso signum esse aut cogitari potest, nisi significet: & signatum nisi signum habeat? Ex quo cernunt omnes, quibus ianmens est, & qui veritati cedere piū bonumq; ducunt, inter hæc duo coniunctionem Χριστοῦ seu αὐτούργου εἶναι nullum verò aliam, quæcunque tandem sit, fingi somnariue posse & debere.

*Signi esse
et utrum con-
sistit in re
Iunctione ad
rem signa
rum.
Ratio.*

Conclusio.

PORIS-

COMMENTATIO.

§

PORISMA SEU CONSE^{PT}
clarium huius argumenti.

Hoc fundamento ita posito, facile est videre, *μεταστάσια*, id est, Transubstantiationē Papisticam, & *οὐρανία*, id est, Consubstantiationem, seu alligationem rei ad signum Lutheranam, seu inclusionem physicam & Breitlanam nouum plane & inauditū dogma: veris & immotis tam Theologiæ, quam eius per dissequē philosophiæ principijs contrarium: à natura & proprietate Sacramentorum alie num & abhorrens: omnibus quibus sua salus cordi est, cane peius & angue vitandum.

Transubstantiationē & consubstantiationē conuelliuntur

Nam primō *μεταστάσια* siue Transubstantiationē Papistica planè monstrosa, sacramenta, quæ ad Categoriam Relatorum pertinere in confessio est, ex ea funditus tollit, atq; altera parte, hoc est signo, siue fundamento spoliat.

Transubstantiationē Sacramentum altera parte spoliat.

Nā si panis substantia aboletur, atq; in substantiam corporis Christi mutatur, quilibet, nisi omni sensu careat, intelligit, sacramenti huius esse, quod in relatione totum constare antea demonstrauimus, funditus euerti & aboleri. Vno enim relatorum sublato, alterum quoq; tolli necesse est. Sic enim coniugium esse non potest, si alter coniugum desit aut pereat.

A 5

DE UNIONE SACRAMEN.

*Cōsubstantiationis ob-
scuratio &
peruerit
naturam fa-
cramen-
tum.*

Deinde quo ad infelicem *ouysoriam*, hoc est Cōsubstantiationem attinet, cuius nomine hodie multi nobis lité intendunt, ac pro verbis Christi, paleas scilicet pro tritico, venditare audent, illa nihil aliud est, quam sacramētorum pernitiosa peruersio & obscuratio. Si enim inter signum & signatum, hoc est, inter panem & vinum, & corpus & sanguinē Christi, coniunctio est sacramentalis, hoc est, *āra-
λογικὴ seu χετικὴ*, quod iam antea probauimus, & aduersarij negare non possunt, quomodo quæso omnes pios, cum ea consistere potest, physica seu localis (hi duo enim modi rumpantur ut ilia vbiquitarijs, nulla ratione à *ouysoria* differunt) siue vnio, siue mixtio, siue alligatio, siue inclusio: Probent & amplectantur hæc, qui contradictionia conciliare, & simul vera facere possunt: quod hactenus vbiquitatis patroni, sed frustra tentarunt.

*Conclusio
constans ne
cessaria pro
sepsi contra
philosophie
contemptu
ges.*

Atq; hæc de primo prosyllogismo dicta sunt: quæ si philosophiæ veræ inimicis ridicula aut sophistica, aut à fundamentis theologiæ aliena videantur: eos maiorem in modū rogamus, ut pro suo, quo omnes excellunt, acumine, & nouo disputandi genere (nam vbiquitas nouitatum valde ferax est) eorum falsitatem & sophisticam firmis rationibus & ex verbi

COMMENTATIO.

verbi Dei penetralibus depromptis cōmon-
strent & euincant. Hoc enim nisi prēstiterint,
& tamē illa philosophica, sophistica, & nescio
quam humanā sapientiam redolentia clama-
uerint: nos eos in castra Sophistarum, quibus
hoc yitiū valde familiare est, amandabimus;
eorū brutos & stentoreos clamores, veritate
videlicet, immoto fundamēto nixi, susq; deq;
feremus: eorum verò calumniandi cacoethes
Deo iusto vindicandum committemus. Sed
progredior ad alterum prosyllogismum.

Alter prosyllogismus, quo analogiam signi
& signati astruimus, sumitur ex sufficienti par-

tium enumeratione

partium.

Propositio

Datis & concessis partibus omnibus, totū quoq; dari & concedi necesse est.

Sed in saeramento eēnæ partes relatorū Assumptio
omnes dantur, conceduntur, monstrantur,
numerantur.

Ergo ipsum quoq; totum, hoc est, relatio- Cōplexio:
nem dari & concedi necesse est: ac propterea
nulla inter illas quām gētixi coniunctio que
renda & imaginanda est.

PROPOSITIONES

illustratio.

Propositio fulta est & nititur communi & Propositio
naturali regula: Positis & concessis omnibus cōfirmari
partibus, earumq; legitima dispositione, totū regula Lō
gicorum.

DE VNIONE SACRAMEN.

Ratio con-
firmationis quoq; datur & conceditur. Nam partium seu membrorum & totius seu integri ea est óno-
génere & cognatio, ut non minus quam defi-
nitio cum definito commeare & reciprocari
possit: quod nemo, nisi qui radium omnem
diuini & naturalis luminis penitus ex animo
amisit, inficias ibit: quicquid noui φιλοσοφίο
μάχοι contra excipient.

A S S U M P T V M E X P L I C A- tur & demonstratur

Assumptio, in qua questio presentis ar-
gumenti latet, propter veritatis studiosos ex-
plicanda, propter oppugnatores vero eius
confirmanda erit.

Relatio in-
ter duo. Relatio, ut loquuntur in scholis & verè lo-
quuntur, versatur inter duo, quæ alij duo re-
lata, alij fundamentū & terminum appellant.
Relatio
quid. Ipsa vero relatio est mediū seu terminus, ad
quem duo relata referuntur, non tanquam con-
tinens ad contentum, aut adiunctum ad sub-
iectum. Sic paternitas est relatio siue termi-
nus, non continens, non contentum, non ad-
iunctum, non subiectum, quo alterum relatū
ad filium refertur: filiatio vero est medium,
quo filius ad patrem refertur.

Applicatio Hęc omnia in S. Eucharistia cōcurrūt, atq;
i. Jeō recte obseruantur à peritis theologis.
Fundā-

C O M M E N T A T I O .

Fundamentum seu primum relatum, seu genus materiā denotans, est actio & ceremonia externa, visibilis, in sensus incurrens, solenni & à Christo sancito ritu p̄eracta: quæ propriè loquendo sacramentū seu signū appellatur: quia eius officiū est signare, significa re. Atq; hoc respectu sacramentū recte definitur, sacræ rei signum.

Alterum verò relatum, quod vulgò terminus appellatur, est actio interna, dōpāt & r̄oseq; inuisibilis & mēte intelligenda, ac pro inde spiritualis: quæ recte signatum, seu res sacramenti nominatur: quia signo significatur, confirmatur, & ob-signatur.

Relatio deniq; inter hæc duo, seu medium ad quod referuntur, non tanquā ad contentū & subiectum, sed ad terminum, est ipsa signatio, seu sacramentatio, vt quidam, eti minus politè, tamen rei conuenienter loquuntur,

Hæc autem idcirco tam diligenter à me annotantur, vt toti mundo patefaciā, quām putida, quām à vero aliena sit aduersariorum calumnia: qua ad raucedinem vsq; in suis tribunitijs declamationibus vociferantur, nos sacramentum cœnæ exinanire: nihil præter nuda signa constituere: corpus Christi è cœna surripere.

Iudicent igitur ex modò dictis, quotquot

Fundamen-
tum seu pri-
num relata
in S. cœna.

Alterum te-
latum.

Relatio la-
S. cœna.

Finis huius
disputatio-
nis, ut calu-
mnijs obu-
iam caueat.

DE VNIONE SACRAMEN.

Non exi-
himus signa
nec corpus
Christi ē
cœna tolli-
mus.

iudicare possunt, vtrum signa sacramentorum
exinaniamus: vtrum ea nuda & vacua statua-
mus: vtrum corpus Christi ē cœna tollamus:
qui tam acuratè, tā perspicuè, tam verbo Dei,
naturæ sacramentorum, analogiæ fidei conue-
nienter docemus & asseueramus, panē & vi-
num in S. cœna signa esse non posse sine re si-
gnata: vt nec vicissim signata sine signo. Item
signi totum esse pendere à re signata, totum
eius esse in eo consistere, vt ad corpus Christi
& sanguinem referatur.

Extrem
Sophistarū
machine
calumniæ.

Sed σοφόν φαρμακὸν est & Sophistarū ex-
tremū confugiū, quod firmis rationibus refu-
tare nō possis, id calumniando peruertere, a-
pud imperitū vulgus in odiū adducere: quod
vbiquitarij hodie strenuè & impudenter fa-
ciunt, id quod norunt ij, qui eorum concioni-
bus & disputationibus aliquandiu interfue-
runt, eas audiuerunt, & ponderarunt.

Obiectio-
nis futilis
refutatio.

Neq; verò hoc loco tacitus præterire pos-
sum arundinē istorū sophisticā, qua suam ca-
lumniam fulciunt, & nos confodiunt.

Obiectio-
nis synūstia
tum.

Negatis, aiūt, corporis Christi in pane exi-
stentiā: Ergo vniōne sacramentalē dissoluitis,
sacramēta euacuatis, ac nuda signa cōstituitis.

Refutatio.

Vt antecedens (qua videlicet verbis Chri-
sti, naturæ sacramentorum, articulis fidei, ortho-
doxæ antiquitati repugnat) rectè & cōstanter
negamus

C O M M E N T A T I O . 8

negamus: ita quoq; vestrū consequens, id est, fallaciā à nō causa, ignorationē Elenchi, paralogismū consequentis negamus & pernegamus. Nā nimis crassē subtile Vbiquitarij (nā crassam vbiquitatē se docere inficiantur) sibi imaginantur, nihil vniri, nihil coniungi, nisi quod physica & locali copulatione (quod tamen ἀπόποιον sententientes, se docere mira contradictione dissimulare student) conglutinetur, & in se mutuo includatur. Peride aut̄ scribunt & loquuntur, ac si quis omni nō dico eruditione, sed sensu cōmuni destitutus affirmaret, Inter patrē & filiū, inter maritū & coniugem nullā esse vniōne, nullā coniunctionē nisi imaginariā & verbālē: quia videat filium non esse in patre, nec patrem in filio: maritū non in coniuge, nec coniugem in marito. Lectorum, & theologi, inter ualla vniōne seu coniunctioneni χειρὶ, qualis sacramentalis est, neq; constituunt, neq; dissoluunt: siquidem coniugium semel contractum & que firmum, & que arcte constrictum & copulatum est, si maritus à coniuge mille milliaribus aut amplius locorum inter uallo sciundus degat, ac si illam manu ducat.

Quapropter commiseranda potius quam exagitanda est ἀμεσολογία Synusiastarum: qui vniōnem sacramentalem loco metientes,

Paralogismus multus complex in argumento.

ἀπόποιον
καὶ οἰκεῖον

Ad uerbi
riorum aliis
nō & inep
tē explica
tiones.

DE UNIONE SACRAMEN.

verba Christi hisce bellis flosculis & ad re ap
primè facientibus si logicis placet, illustrant
& explicat: Cunæ sunt infans: Loculus est pe
cunia: Saccus est auena: Cantharus est vinū.

Contradi-
ctionem im
plicant.

Quibus locutionibus boni isti viri in duo
absurdorū præcipitia abripiuntur. Nā primo
sibi suæq; doctrinæ contradicunt: negando
se docere localē corporis Christi in pane exi
stentiā, & cōparando eā cū exemplis, quæ ni
hil nisi localē duarum rerū coniunctionē si
gnificant & præ se ferūt. Nō minus igitur sibi
contradicunt hoc effugio, Corpus Christi est
in pane, sub pane, cū pane, sed non localiter,
hoc est nō eo modo, vt loco circūscribatur: ac
siquis infanus diceret, Infantē esse in cunis, pe
cuniā in loculo, vinū in cantharo, auenā in sac
co, sed nō localiter. Hoc autē ita se habere, &
nulla sophistica distinctione eludi posse, vel
ipsa naturę lux nos docere potest, quę animis
nostris instillauit: De similib. idē esse iudiciū.

De simili-
bus idem
iudicium.
Transitus
in aliud ge
nus.

Ratio eius
quia inter
cantharum
& uinum
nulla est ue
tarelatio.

Deinde cōmittunt his suis phrasibus & in
terpretationibus fallaciā ut rābōσεως eīς ἀλ
λογέρος: quia inter vinū ac cantharū, inter cu
nas & infantē, inter loculū & pecuniā, inter
saccū & auenā nulla est relatio, qualis est in
ter panē & corpus Christi in S. Eucharistia
neq; illa à relatione & mutuo respectu, vt sa
cramēta, id est, signa & res signatae accipiunt:

Vinum

C O M M E N T A T I O.

2

Vinum enim esse posset, etiam si cantharus nul-
lus vñquam fuisset: & cantharus esse posset, e-
tiam si vinum nullum esset. Idem de cæteris,
quæ tortes memorare piget, exemplis iudici-
um esto. At verò signum in Sacramentis non
esset, nisi res quoq; signata esset, & contra. At-
que hæc sophistica est, quam hodie noui Ponti-
ficij pro verbis Christi Ecclesiæ obtrudere co-
natur. Hoc itaq; primum est nostrū argumen^{Conclusio.}
tum, quo vñio Sacramentalis & analogica eui-
dentissimè demonstratur: *ovvσια* verò & con-
substantiatio firmissimè oppugniatur.

ĀLTERVM ARGUMENTVM.

Alterum argumentū, quo vñionem *χετικὴν* Alterum ag-
demonstramus, *ovvσια* verò refutamus, pe- gumentum
timus ex loco patrum, similium, seu analogia ab analogia
omnium sacramentorum & Sacra- omnium Sa-
mentalium locutionum. cramentorum.

Nihil dubium est, quin eadem sit vñio & cō*Propositio.*
iunctio panis cum corpore Christi, quæ est o-
mnium Sacramentorum tam veteris quam no-
vi Testamenti.

Sed omnium eorum signia & res signatae v- *Assumptio.*
niuntur & coniunguntur Sacramentali vñio-
ne, quæ tantum est *χετικὴ* & analogica: non
autem localis & physica, seu quod cōdēm reci-

B

DE UNI ONE SACRAMEN.

dit, utriusque in eodem loco existentia, & alterius in altero inclusio.

Cōplexio. Ergo in sacra Eucharistia signi & significatio tantum est sacramentalis, id est. οὐκ εἶναι & analogica: qualis est duorum relatorum: non qualis est continentis & contenti.

P R O P O S I T I O N I S ἐπαγγείλα.

Propositio cōfirmatur à Dei proprio. Propositio declaratur & confirmatur à proprietate Dei, eiusq; verbi. Nam præpotentis, Dei, atq; verbi eius ea est immota constantia, & perpetua ἀμονία, vt nunquam moueri, fleti, & mutari possit, vt nunquam sibi non constet, multò minus sibi contradicat. Quod aper- tè testantur loca scripturæ. Non est Deus qua- si homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet: locutus est:

Num. 23. & non implebit: Num. 23. Consilium Domini in æternum stat, cogitationes eius in genera-

Malach. 3. tionem & generationem. Psalm. 33. Multæ co-
gitationes sunt in corde viri, consilium autem Domini stabile est. Ego Dominus non mutor.

Iac. 1. Malach. 3. Apud quem non est transmutatio, aut conuersionis adumbratio. Iac. 1.

Conclusio. Ex quo liquidò appetit, vt Deum, sic quoq; eius verbum & sacramentorum naturam non mutari, sed in omne æcum firmam manere.

Obiectio sophistarū. Ac occurrit nobis & quidem ab acutis pa-
riter

C O M M E N T A T I O.

10

Riter Logici & peritis Theologis, huiusmodi
quædam Stropha sophistica.

Exteræ species seu figuræ & signa sacramè
torum sunt mutata.

Ergo ipsam quoq; unionem sacramentalem
mutari & diuersam in novo Testamento à ve-
teri esse necesse est.

Bella sanè obiect o, & ratis Theologis digna:
sucata enim est paralogismo Accidētis:egregio
seilicet colore. Nō enim sequitur accidentibus,
qualia sunt in sacramentis, ritus, actiones, cere-
moniæ, signa, mutatis, statim ipsam quoq; rei
essentialē formam, cuius in sacramentis est si-
gni cū re signata coniunctio, mutari. Hęc enim
si mutaretur aut alia fieret, rē quoq; ipsam mu-
tari, atq; adeò cessari necessum foret.

Paralogis-
mus acci-
dētis.

Perinde autem colligunt ἀλογοι isti Logici. Atq;
ac si quis in hunc modum argumentaretur. Re
li i. mis & cultus diuini, quo Deus in veteri
Testamento coli voluit, externa facies, hoc est,
solemnitates & ceremoniæ sunt mutatæ & abro-
gatæ. Ergo ipsa quoq; religio & cultus diuinus
partim mutatus, partim abrogatus est. Vele etiā
sic ex I.ad Heb. Deus πολυμερῶς καὶ πολυτρό= Heb. 2.
πως, id est, multis vicib⁹ multisq; modis olim
locutus est patribus per prophetas: vltimis die
bus hisce nobis locut⁹ est per filiu: Ergo Deus
aliud verbū in veteri, aliud in novo Testamēto
annunciauit.

B 2

D E V N I O N E S A C R A M E N.

**Inter acci-
dentialia &
substantias.
verum di-
stinguendū** Eant ergo nunc veritatis oppugnatores, & discant inter substantias & accidentia discerne re, neque quod accidentium est, substantijs tribuant, nisi pueris quoque se ridendos propinare velint.

**August. ad
Deograt.
Epist. 49.** Quantò rectius autem, quātō verbo Dei & veritati diuinæ conuenientius diuinus ille Logicus Augustinus his de rebus sensit, disservit, & docuit Epist. 49. ad Deograt. scribens. Proinde alijs tum nominibus & signis, alijs autem nunc: & prius occultius, postea autem manifestius: & prius à paucioribus, postea autem à pluribus: una tamen eademq; religio vera significatur & obseruatur.

**August.
Tractat. in
Iohan. 26.** Item super Iohan. Tractatu 26. Sacramenta illa fuerunt in signis diuersa, sed in re, quæ significatur, paria sunt. Augustinus scilicet maiori religione, accuratori iudicio, ardenter studio sacram scripturam indagauit, & inter se contulit, quam aduersarij nostri: qui paucis abhinc annis scripserunt & clamauerūt, veteres in suis Sacramentis nil nisi umbras & vanas rerum imagines habuisse & manducasse: parum solliciti, quid sacra scriptura ea de re præcipiat. Patres nostri omnes hibebant ex spirituali petra sequente: Petra vero erat Christus. 1. Cor. 10. 4. Iesus Christus idem heri, & hodie: idem etiam est in secula. Heb. 13. 8. Agnus mactatus a iactis mundi,

C O M M E N T A T I O .

II

mundi fundamētis. Apoc. 13. 8. Et hoc omnino Apoc. 13.
ita necesse fuit: siquidem certum est, patres nō
manducādo vmbreas & imagines, sed percipien-
do carnem Christi viuificam vitā adeptos esse.

Mitum autem est aduersarios tantum confi- Retorque-
dere huic suo Accidentis paralogismo: quo apo- tur argu-
dictice, si logicis placet, colligunt mutatis Sa- mentum.
cramentorum ceremonijs, ut pote accidentibus,
formam quoq; eorum essentialē mutari: cum
tamē ipsi fallacia petiti principij magna impor- Petitiopris
tunitate, totimando persuadere conentur, in cipij.
pane, sub pane cum pane manere verum, sub-
stantiale, natum, crucifixum, resuscitatum, ad
cœlos euectum corpus Christi, non modo sine
accidentibus, sed etiam proprijs essentialibus,
cuiusmodi est *metayera via*, id est, circumscri-
ptio, & alia similia. Sed licet istis nouis vel Pon-
tificijs, vel Logicis, vel Theologicis non solum
decreta logica, sed etiam Theologica pro suo ar-
bitrio in contrarias quoq; sententias distrahere
& torquere, scilicet.

Verum enim uero alia quoq; nostræ senten-
tiæ probatio peti potest ex comparatione phra-
sium Sacramentalium: quæ eadem sunt in ve-
teri & nouo Testamento.

Si eadem phrases & loquendi formulæ in Sa-
cramentis veteris & noui Testamenti retinen-
tur; tum verò sequitur eandē quoq; esse signo-

Alia ratio
à comparas-
tione locu-
tionum Sas-
cramenta-
lium.

Connexū.

DE VNIONE SACRAMEN.

rum & rerum signatarum coniunctionem:

Assumpti. Sed antecedens verum est:

Complexū Ergo necessario sequitur, consequens quoq;
verum esse.

PROPOSITIONIS DECLARATIO.

Connexum probatur. Connexum hypotheticum firmum est ex vi comparationis: nam vbi sunt eadem & similes locutiones, ibi quoq; res similes & easdem esse dubitari non potest: locutiones siquidem propriè acceptæ & vni eidēq; subiecto, quale sunt sacramenta accommodata idem denotant. Ne que verò putandum est aliud sibi velle locutiones veteris, aliud noui Testamenti: cum utrobiq; sacramenta sint sigilla & tesserae gratiæ diuinæ, ac utrobiq; ad unum eundemq; Christū eiusq; effecta referantur,

ASSUMPTI PROBATIO.

Assumptio procuratur collatione phrasium veteris & noui Testamenti. Ut panis in novo Testamento dicitur corpus Christi: sic quoque circuncisio dicitur fœdus, Genes. 17.10. Agnus paschalis transitus, Exod. 12.11. Petra Christus, 1. Corint. 10.5. Baptismus ablutio peccatorum, Act. 22.16. Lauacrum regenerationis, Tit. 3.5. Purgatio Ecclesiæ. Ephes. 5.26. Et ut poculum dicitur nouum Testamentum: sic quoque circuncisio

circuncisio Testamentum dicitur Act. 7. 8. Dein-^{Acto. 7.}
de, ut circuncisio dicitur signum foederis. Ge Gen. 17.
nes. 17. Agnus signum & memoria transitus. E-
xod. 12. 13. 14. Circuncisio σφεργής sive sigil. Exod. 12.
lum. Rom. 4. 11. Sic quoque pars in sacra Cœ-^{Rom. 4.}
na dicitur μημόσυνον, seu αὐάμνωντις Chri-
sti, seu fieri in recordationem & annuncia-
tionem mortis eius. Luc. 22. 1. Corinth. 11. Item ^{Luc. 22.}
κοινωνία seu communio & societas corporis ^{1. Cor. 11.}
Christi. 1. Cor. 10. 16. ^{1. Cor. 10.}

Hominū ergo est parūm consideratè loquen-^{Prolepsis,}
tium & in magnis rebus errantiū, dicere: Chri-
stum & Apostolos peculiaribus phrasibus & ab
alijs Sacramētis diuersis usos esse in institutio-
ne & descriptione cœnæ Dominicæ. Contra-
rium enim clamat tota S. Scriptura, atq; eos de-
ploratæ sive ignoratiæ sive impudentiæ arguit.
Iudicet ergo nūc totus mūdus & sine omni affe-
ctu præiudicioq; iudicet, vtra pars in doctrina
Eucharistica à verbi Dei simplicitate deflestat:
vtra suis affectibus humanis indulget: vtra sua
somnia pro verbis Christi Ecclesia obtrudat,
atq; pro oraculis adorari velit. Nos quidē, Chri-
sti præcepto morem gerentes, verbum Dei
ἐπειδὴν, hoc est, indagamus, rimamur & per-
pendimus: atq; inter se, D. Virginis vestigijs in-
sistentes, cōferimus, Alijs vero stupidam suam

DE VNIONE SACRAMEN.

& fucatam simplicitatem minimè inuidemus;
siquidem aliter doceri nolint. Et hæc de propo-
sitione dicere voluimus.

ASSVMPTVM DECLARATVR

et probatur.

Assumptio sententiam *diuīsionei àmētō* seu
probatur *diuīsionei*
āmētō. immediata diuisione, vel potius *diuīsionei* do-
claramus & demonstramus: argumentum q̄ in
hunc modum formamus.

Propositi^o Vnio & coniunctio signorum & rerum si-
gnatarum aut est physica & localis, siue, quod
perinde est, consubstantialis, aut sacramentalis,
hoc est, analogica & relativa.

Assumptio. Sed physica non est, localis non est, consub-
stantialis non est:

Cōplexio. Ergo Sacramentalis, hoc est, analogica seu
relativa est.

PROPOSITIONIS DISIVNCTAE *explanatio.*

Propositi^o nis declaratio. Propositionem nemo, quantum ego quidem
existimare possum, inficiabitur. Nā tertius mo-
dus vunionis seu cōiunctionis sacramentalis nec
dari nec reperiri potest. Aut enim physicè, seu
quod idē valet, localiter, hoc est, locali situ vel
locali inclusione alterius in altero signa & res si-
gnatæ copulantur: seu analogicè ad se mutuò,
ut fert natura relatorum, referuntur.

Quod

Quod enim quidam sagaces scilicet logici, ^{Prolepsis}
objiciunt modum esse quendā ^{objectionis} intermediate
 inter localem & analogicum, quem supernatu-
 ralem & ineffabilem appellant, partim petunt
 principium, partim fœdam contradictionem
 nectunt, hoc est dubia dubijs confirmare ni-
 tuntur, atq; falsa, suo ipsorum indicio & testi-
 monio docent.

Nam primò in dubium vocari potest, & qui petitionis
 dem rectè vocatur, vtrum sacramentalis con-
 iunctio talis sit, qualem aduersarij, argumento
 rum momentis destituti confinxerunt, & su-
 pernaturalem ac ineffabilem nominârunt. Nos
 quidem, cum intelligamus S. literas eius nul-
 lam facere mentionē, eam tanquam hominum
 otiosorum figmentum & somnijum repudia-
 mus & negamus. Illi verò satis esse putant, si
 pro sua, quam sibi nullo exemplo nulloq; iure
 insolenter sumunt, autoritate siue præatoria, si-
 ne pontificia, tanquam ex aureo tripode, talem
 esse pronuncient. Neq; verò attendunt sua re-
 sponsa λόξα καὶ ἀμφίλογα, ijs, qui non quo-
 uis vento doctrinæ circumagitantur, neq; au-
 toritate, quam pauci quidam magna sui contu-
 melia sibi usurpant, mouentur, sed omnia ad
 trutinam verbi Dei reuocant, non minus su-
 specta esse, quam olim Apollinis oracula æni-
 gmatum & stropharum inuolucris obscurata.

DE VNIONE SACRAMEN.

Cogitent igitur boni isti veri modum, quem semper in ore habent, supernaturalem, cœlestem, ineffabilem sibi ex verbo Dei demonstrandum & roborandum esse: secus enim eadem facilitate, qua assertur, reiicitur, & expeditur. Piaculum sit, ut ἀτερ γραφῆς aliquid in Theologia affirmare, sic etiam credere: fides siquidem tantum expressio Dei verbo nititur, fouetur, conseruatur.

Contra di-

cionis de-

monstratio.

Deinde fœdissima quoq; contradictione i-
psos se irretire, hoc est suo se gladio iugulare ne-
mo, cui rationis lumen non planè extinctum
est, non animaduertit. Quomodo enim quæso
nobis insolentes isti logici hæc conciliahunt:
Sub pane, in pane, cum pane est corpus Chri-
sti, vt vinum in cantharo, infans in cunis, pecu-
nia in loculo: siue in pane latet, siue ad panem
alligatur corpus Christi: & vno Sacramenta-
lis non est localis, sed supernaturalis & ineffa-
bilis? An non modus est naturalis & localis, si
corpus Christi est in pane, vt vinum in cantha-
ro? An non modus effabilis est, dum clama-
tur corpus ut pecuniam in loculo, aut stramen
in sacco, in pane & sub pane essentialiter, rea-
liter, substantialiter tum latum, longum, cras-
sum, quam in cruce pependit, latere, porrigi, &
dentibus deuorari. Pudeat igitur Theologos,
qui censoriam virgulam in omnes ecclesias

tanto

tanto supercilio sibi arrogant, tale tantumq; e
mysterium tam ἀνίπτοις χερσὶ tractare, tot
tamq; fœdis antilogijs contaminare. Cogitent
qua so tandem istam contumeliam in Sacra-
mentorum autorem, iustum pariter ac seue-
rum suę glorię & veritatis vindicē, redundare.

Eiusdem penè momenti est, quod nuper qui
dam modum Sacramentalis unionis, & Sacra-
mentalium phrasum inusitatū nominaront:
quo, tanquam simiæ, præceptoris sui Philippi
Melanchthonis (quem alioquin ex omnium
memoria deletum vellent ingratii discipuli) do-
ctrinam de prædicationis generibus imitando
corrumpunt, atque in alienum sensum detor-
quent. Nam quod ille ad personalem vni-
onem duarum in Christo naturatum accom-
modauit: hoc ἀλλοι isti ad suam, quam som-
niant, vunionem Sacramentalem referre co-
nantur.

Prædicatio
Sacramen-
talis non est
iauulata,

Et sunt boni viri, quibus Vbiquitiorum
ingratitudo cognita & perspecta est, qui aliter
animum inducere non possunt, quam eos non
tam suę opinionis palliandę gratia, quam opti-
mo suo & de scholis ecclesiæque Christi supra
modum bene merito præceptoris labis asper-
gendæ inuidiæque conflandæ causa, hæc tam
absurda & insulsa in medium proferre. Quæ
enim, obtestor omnes, maior infamiae nota

Nota artes
Synallactio-
rum.

DE VNIONE SACRAMEN.

clarissimo isti viro inuri possit, quām si diffa-
metur, quōd vnionem personalem cum vnio-
ne sacramentali (quæ toto genere & dīc dīgī
māσῶν differunt) confuderit: quod illi nec per
somnia nec per febrim in mentē venit. Sed
de his suo loco plura,

ASSUMPTI PROBATIO,

Assumptū
probatur in
ductione &
comparas-
tione omni-
um sacra-
mentorum.

Ad assumptum quod attinet, videlicet vnio
nem sacramentalem non esse localem, hoc est,
corpus Christi non esse localiter in pane, nec
sanguinem localiter in vino: seu, quod perinde
est, vunionem illam non esse existentiam aut oc-
cultationem corporis in pane & sanguinis in
vino, probatur inductione & comparatione re-
liquorum sacramentorum omnium.

In omnibus
sacramen-
tis eadem si-
gni & rei si-
gnatae con-
iunctio.

Victimæ ve-
teris Testa-
menti ante-
bantur cum
victima
Christi.

Nam paulò antè satis superq; ostensum est,
eandem esse in cæteris sacramentis signorum
& rerum signatarum coniunctionem, quæ est
in sacra Cœna.

Itaque in veteri Testamento cum victimis
& immolationibus sacramentaliter vniebatur
Christus cum sua victima post aliquot cente-
nos annos pro nobis immolanda: neminem ta-
men vel esse, vel fuisse, vel futurum esse arbitra-
mur tam dementem & insanum, qui ausit dice-
re victimam Christi cum illis locali situ, seu
sub illis latuisse.

Sic

COMMENTATIO. 15

Sic circumcisio & fœdus, seu circumcisio cordis, quæ pars fœderis est præcipua (non fructus non effectus fœderis, vt nuper quidam pertinaciter affirmauit) Sacramentaliter vniue
rantur: non tamen in externa carnis circumci
sione, tanquam contentum in continente, in
terna cordis circumcisio latuit aut abscondita
fuit. Sic agnus paschalis & transitus seu Christus agnus Dei, ab origine mundi mactatus, & tollens mundi peccata, Sacramentaliter vniue
rantur: non tamen in & sub agno pa
schali transitus aut Christus cotinebatur, mul
to minus manducabatur. Eodem modo in ba
ptismo (vt ad Sacramentum noui quoq; Te
stamenti transeamus) aqua & sanguis Christi,
seu regeneratio & remissio peccatorum Sacra
mentaliter vniuntur: nullum tamen hacte
nus vidimus, cui vel per somnum vel per fe
brim in mentem veniret, sanguinem Christi,
regenerationem & remissionem peccatorum
in & sub aqua baptismi abscondi & latere:

Ex quibus omnibus manifestum est vnio
dem Sacramentalem, quam nuper aduersarij
commenti sunt, & quam toti ecclesiæ ad suum
errorem tuendum obtrudere conantur, nil ni
si monstrum & idolum horrendum esse, omni
S. Scripturæ, analogiæ fidei, naturæ & veritati
Sacramentorum è diametro repugnare: atque

Circumcisio
externa
cum inter
na sacram
tatione unice
batur.

Agnus pa
schalis unice
batur cum
Christo.

Baptismus
unitur cum
sanguine
Christi.

Conclusio.

DE UNIONE SACRAMEN.

idcirco omnes, qui ei sacra faciunt, aut genu
flectunt, vera corporis & sanguinis Christi
Kosmoria, summo videlicet bono, priuari: si-
quidem nemo duobus dominis seruire potest:
nec quia squam mensæ domini, & mensæ dæ-
moniorum particeps fieri potest, teste lacra
Scriptura.

Ergo recte & logicè, hoc est verbo Dei con-
sentaneè inferimus & concludimus, vniōnem
Sacramentolem aliam nullam esse, quam $\chi\epsilon$
 $\tau i x \bar{n} v$ & $\alpha r a \lambda \epsilon \gamma \bar{v} \bar{x} l u$, hoc est, quæ consistat &
cernatur in mutua relatione signi ad signatū,
& contra.

Vñto relat Atque ne quid noui hoc loco, aut à mente
ua proba- Christi alieni affirmare & in ecclesiam inueho
tur testimoni- re videamus, nostram sententiam expressis
mij Sac. & Scripturæ. Dei verbis confirmabimus. Deus namq; ipse
in veteri Testamento vniōnem analogicam a-
pertè & totidem verbis sanciuit & confirma-
uit, dum vniōnem Sacramentolem populo suo
rudi & rerum diuinarum ignaro in hunc mo-
dum explicauit, & relationis terminos nume-
ravit. Circumcisio est fœdus, circumcisio est
Genes. 17. signum fœderis. Genes. 17. Agnus est transi-
Exod. 12. tus, Agnus est signum transitus. Exod. 12. Vbi
Deus apertè duorum relatorum meminit, si-
gui videlicet, quod est externa circumcisionis
& agno

C O M M E N T A T I O . 16

& agnicheremonia: & signati, quod est foedus ac transitus tam præteritus quam futurus. Ex quo sequitur necessariò unionem à Deo constitui relatiuam.

Ne quis verò nobis objiciat, secus se rem habere in novo Testamento, hoc est, aliam ibi unionem Sacramentalem credendam esse, libet similes ex eodem terminos, ac per consequens eandem unionem obseruare & confirmare.

Paulus itaq; panem & poculum cœnæ Dominicæ κοινωνίας, hoc est, societatem seu communionem corporis & sanguinis Christi nominauit. 1. Corinth. 10. Κοινωνία autem quid aliud est quam σφραγίς, id est, sigillum & ob-signatio unionis cum fidelium inter se, tūm cum Christo capite suo? Christus vero suorum verborum optimus & ἀριθμός interpres, panem & vinum cœnæ Dominicæ corporis & sanguinis sui μημερίσματα, id est, signa & memorialia corporis pro nobis traditi, & sanguinis pro nobis in aracrucis effusi appellauit, dum illa in sui αὐλαμηντήριον seu commemorationem celebrari iussit. Nam sacra Scriptura pro ijsdem vtitur, signum esse aliquius rei, & esse seu fieri in signum & memoriam alicuius rei. Sic Genes. 9. cap. Illud

Paulus
1. Cor. 10.

Koinonia
quid.

Christus;

Signum &
in lignum et
in memoriam
pro eodem
accid. iuntur.
Genes. 9.

DE VNIONE SACRAMEN.

Erit signū fœderis mei , quod ego do inter me & inter vos , vers. 12. Et versu 13. pro eodem ponitur. Eritq; in signum fœderis inter me & inter vos . Sic Exod. 12. Et erit sanguis ille vobis in signū. Et erit dies iste vobis in memoriam.

Exod. 12. Hoc idem obseruauit & docuit Chrysostomus in Matth. 28. Homil. 83. Et quemadmodum Moses , Hoc æternum vobis erit memoriale , dicebat : sic & ipse , in meam ait commemorationem facite , donec veniam .

Conclusio. Quid quæ so firmius , quid planius , quid verbo Dei magis congruum de vnione Sacramentali à nobis disseri disputariue possit ? Vnio itaque , teste tota sacra Scriptura , alia nulla est , quam quæ signi & rei signatæ : illa autem non est nisi $\chi\varepsilon\tau\iota\kappa\eta$ & analogica , hoc est , quæ consistit in relatione . Et hęc de nostro secundo argumen- to dicenda nobis fuerunt .

TERTIVM ARGVMENTVM.

**Tertium ar-
gumentum** Progredior ad tertium argumentum , idque à communi duco ex communi testimonio perpetuoq; veris ecclesiæ consensu , eiusque doctorum etis ecclæ- constanti & vnanimi sententia . Summa eius hęc est .

Propositio. Gratum nimirum , iucundum , ac magnæ consolationi est pijs mentibus , eandem doce- ri , amplecti & credere doctrinam de Sacra- mentali

C O M M E N T A T I O : 17

mentali vñione; quam primæua illa ecclesia ab Apostolis præclarè fundata, & eorum successo-ribus, quos patres appellant, auæta & propagata, docta, amplexa fuit, & credidit:

At verò credidit & docta fuit non aliam vñionem, Assumptiæ, nionem, quam Sacramentalem, quæ est mutui respectus & relationis signi ad signatum, & vi-cessim signati ad signum.

Ergo tandem vñionē amplecti, doceri, cre- Cōplexio- dere pijs mentibus summe & voluptati, & con solationi & confirmationi esse debet:

P R O P O S I T I O N I S
Δέξοθλ.

Quanquam autem nobis propositum non
est, nostram doctrinam & nostram fidem, au-
toritate hominum, quamuis maximorum, con-
firmare & commendare: tamen non abs re eos
facere arbitramur; qui, postquam suam, quam
confitentur fidem verbo Dei nisi fulciriq; de-
monstrârunt, etiam veteris illius & nobilis ec-
clesiæ, quæ statim post Apostolorum tempo-
rà felicissime floruit, eandem perpetuamq; sen-
tentiæ fuisse demonstrant. Nouitas siquidem
cugi in omnibus rebus, tūm in doctrina ecclæ
siastica suspecta est & esse debet: idq; nostris
præcipue temporibus, quibus quotidie multa
innuantur, & inauditaæ opiniones finguntur

Propositio-
nis explicatio
& finalis.

Nouitas
bitis suspe-
cta.

C

DE UNIONE SACRAMEN.

de verbis cœnæ Dominicæ. Pijs itaq; & veritatis amâtibus certò persuasum esse debet eam verborum cœnæ Dominicæ interpretationem (verba siquidem interpretanda, genuinusq; eorum sensus indagandus est) omnibus alijs anteponendam esse, quæ non solum analogia fidei respondeat: sed etiam toti ecclesiæ Christi, quæ ante nostra tempora florentissima fuit, consentiat. Atque hinc, ut nostra propositio habet, maxima ad omnes bonos reddit voluntas & constans gaudium: quandoquidem tu-tius est patrum sententiæ, quam ex verbo Dei hauserunt, acquiescere: quam nouam Synusistarum intra sexaginta annos ortorum opinionem, quæ à verbo Dei & proprietate Sacramentorum abhorret (non enim est, ut falso gloriantur, verbum Dei) sectari.

ASSUMPTI DEMONSTRATIO.

Assumptum, in quo quæstionis cardo vertitur, probabimus, multis & perspicuis patrum testimonijis: ex quibus liquido cuiq; constare poterit, quæ constans & perpetua fuerit patrum hac de re sententia. Maioris autem evidentiæ gratia talem syllogismum, ne latebras querere videamus, præmittemus.

Propositio. Si patres in suis scriptis de cœna Dominicæ signi

C O M M E N T A T I O .

13

signi & signati expressam fecerunt mentionē, atq; ea necessariō concurrere docuerunt, tunc enim iuxta coniunctionis χετικῆs seu relatiuę mentionem quoq; fecerunt, eamque agnouerunt & approbarunt:

Sed signi & signati mentio illis perpetuō in Assumptiō. otefuit, atque ea ad constituendum Sacramen- tum necessariō concurrere vna voce docue- runt.

Ergo vniōnis χετικῆs & relatiuę memine- Cōplexio- runt, eamq; tanquam Sacramenti formam do- cūerunt, agnouerunt, & confirmarunt.

P R O P O S I T I O N I S E X P L I C A T I O .

Propositionis sententia firma est ex com- Proposition
muni & vsu recepta sententia: Positis essentia- cōfirmatio
libus partibus, totum quoque ponī necesse est. axiomatic
Signa verō & res significatas duo relata esse & logicæ.
ad vnum terminum referri, nemo, puto, infi-
ciatur aut dubitat, nisi qui nihil intelligit, & o-
mnī iudicio destituitur. Ergo recte à nobis col-
ligitur ex signo & signato coniunctionem fieri
relatiuam: & ponentam duo ista relata, recte
quoque dici ponere vniōnem χετικήv. Sed de
hisce in primo argumēnto copiosē & luculen-
ter differuimus.

C 2

DE UNIONE SACRAMEN.
ASSUMPTI CONFIRMATIO.

Assumptū
probatur
inductione.

Iustinus in
colloquio
cū Try-
phone.

Irenaeus ii.
4.cap.34.

Tertul.lib.
contra
Marcion.

Cyprianus
Serm.de
cœna.
Serm de
Christmate.

Assumptum nō difficile est démonstrare ijs,
qui patrum scripta vel per transennam inspe-
xerunt.

Iustinus Martyr in suo cū Tryphonie col-
loquio, Panem Eucharistię memorā passionis
Christi nominavit: obseruato videlicet Christi
mandato, Hoc facite in meam *avāμνσιν*.

Irenaeus, quod lippis & tonsoribus notum
est, lib.4.cap.34. Eucharistiam è duabus rebus
constituit, terrena & cœlesti: quarum prior si-
gnum est externum, non continens ut saccus;
posterior res signata spiritualis & interna, non
contentum ut auena.

Tertul.lib.4. contra Marcionem panem ap-
pellat figuram corporis Christi: non quæ cor-
pus Christi in se inclusum contineat, sed quæ
significet Christum verum habuisse corpus,
quod pro nobis traditum est, & nobis per fi-
dem & spiritum tanquam caput membris v-
nitur.

Cyprianus Serm.de cœna, aperte facit duas
Eucharistię partes, Sacramentum, id est, signū
visibile, & rem signatum. Item Serm.de Chris-
mate, significantis & significati apertam facit
mentionem: continens autem & contentum
planè non agnoscit.

Basilius

COMMENTATIO. 19

Basilius in Liturg. in sacra Cœna panem & Basili. in L¹
vinum antitypa, non autem continentia cor- turgia.
poris Christi nominavit; cui suffragantur
Theodoreetus & Gregorius Nazianzenus.

Ambrosius signa memoriam redemptionis Ambros de
in 1. Cor. II. Similitudinem sanguinis de Sacr. Sacram. II.
lib. 4. cap. 5. nominavit. Res autem memoriae, 2. Cor. II.
& similitudinis non est in memoria & similitu
dine tanquam pecunia in loculo.

Augustinus signa externa figuram corporis Aug. cont.
& sanguinis contra Adimant. cap. 12. In Psalm. Adim. cap.
3. Memoriam Dominicæ passionis de Trinit. 12. In Psal. 3
lib. 3. cap. 4. Gratiarum actionem & comme Aug. cont.
morationem corporis & sanguinis Christi. De Adim. cap.
fide ad Petrum cap. 19. nominavit. Quæ omnia 12. In Psal. 3
existentiam seu inclusionem corporis in pane De Trinit.
manifestè impugnant. lib. 3. cap. 46
Ad Pet. cap. 19.

Chrysostomus in Psal. 22. Panem & vinum Chrys. in
cœnæ, similitudinem, symbolum, & signum Psal. 22.
corporis sanguinisq; Christi. In opere imper- Inop. Imp.
fecto Hom. II. Mysterium corporis & sangu- Hom. 22.
nis. In epist. ad Hebr. Homil. 17. Exemplar cor Ad Heb.
poris & sanguinis Christi. Nullum verò occul Hom. 17.
tationem corporis & sanguinis in pane men-
tionem facit.

Gelasius imaginem & similitudinem corpo Gelasius
ris & sanguinis Christi in actione mysterij cele contra Eu.
brari ait cont. Eutychen. Vbi notandum patres tychen.

DE VNIONE SACRAMEN.

Cur patres corporis & sanguinis Christi imaginem & similitudinem, aut simile quiddam externa sym-
Sacramen- bola nominasse ut contra Eutychen, Marci-
ta signi & onem & cæteros hæreticos probarent Christū
Imagines verum, naturale, & nobis ὁμοόσιον corpus e-
corporis tiam in gloria habere: nam non est similitudo
Christi no- cuius non aliqua sit veritas: non est typus cu-
minarint.

Similitudo
que sit, &
unde.

Patres qua ius non sit verus architypus. Patribus autem
le corpus nec per somnium nec per febrim in mentem
non doceue-
runt.

Ratio.

Res fine
proprietati
bus esse nō
potest.
Qui cum
veneribus
hæreticis
colludant.

Admonitio
necessaria.

nec per somnium nec per febrim in mentem
venit, ut hisce locutionibus corpus aliquod v-
biquitarium, illocale, incircumscripum, inui-
sibile, id est corpus non corpus sub & in pane
abscondi. Nam hac ratione contra ista hæreti-
corum portenta nihil promouissent: siquidem
corpus quod nec videri, nec tangi, nec omni-
no sensibus percipi potest: quod nec loco ca-
pitur nec circumscribitur, corpus dici non me-
retur. Proprietatibus enim essentialibus nega-
tis, ipsam quoque rem negari necesse est. Ca-
ueant igitur sibi, ne nimis aperte cum istis hæ-
reticis, quos Ecclesia iam pridem tanquam pe-
stem eiecit, colludere videantur, qui hodie e-
iusmodi corpus sine proprietatibus imaginan-
tur.

Nos vero certò sciamus signa sacræ Cœnæ
corporis veri, hoc est, corporis loco circumscri-
pti, corporis finiti, corporis carne & olsibus
constantis signa esse: corpus autem illud su-
perna.

pernaturale, illocale, ἀπερίγεατον, ἀοράτον,
hoc est, corpus Eutychianum & Marcioniti-
cum, quod in sacra Scriptura non docetur,
quod hæreses dudum sepultas quasi ab orco re-
vocat, quod ab orthodoxis oppugnatur, nobis
obtrudi minimè patiamur.

Bertramus panem & vinum corporis san- Bertramus.
guinisque Christi appellavit. Et addidit ratio-
nem. quia mysterium.

Liceret plura patrum congerere similia di- Cendisse:
cta: sed ex his paucis satis liquere existima-
mus, qualem vñionem signorum & rerum si-
gnaturū totus & perpetuus Ecclesiae Dei con-
sensus crediderit, docuerit, ad nos propagarit.
Videlicet talem, qualis est inter memoriam, fi- Ecclesia
guram, similitudinem, symbolum, imaginem, atiam inter
typum, signum: & inter res, ad quas illa refe- Dei nullum
runtur, & à quibus suum esse accipiunt. Quæ signa & res
certè alia non est, quam ἔτικτη, relativa, & a- signatas u-
nalogica: non localis, physica, & consubstantia analogicā.
lis: qualem vetus ecclesia penitus ignorauit: in
hac verò ecclesiæ senecta quidam inquieti ho-
mines tanquam Eridis pomum excogitarunt
& ecclesiæ obiecerunt.

Operæ pretium facturi videmur, si Coroni- Coronidis
dis loco stramineum Achillem & arietē sophi- uice refuta-
sticum aduersariorum, caducum illum qui- tur argumē-
tum, quod
unioni rela-
tione & ana-
logia oppo-
natur.

DE VNIONE SACRAMUN.

unioni rela dem & hebetem , attamen multorum oculos
tuue & ana legiz oppo perstringentem, prosternamus : cuius arma &
natur. cornua hæc sunt:

Proposito. Si vnio Sacramentalis tantum consistit in analogia signi & signati, seu in relatione, necesse est Sacra menta euacuari , & nihil nisi nuda signa relinquiri.

Assumptio. At hoc est absurdum & impium.

Cōplexio. Ergo & illud absurdum erit.

Duplici patalogismus. Respond. Stramineus hic Achilles & carie exesus aries lœthaliter & quidem duplaci carcinomate laborat: quod instrumento verbi Dei Error à non sanandum & tollendum est. Prius est error causa.

παρὰ τὸ μὴ αἰτιον, ὡς αἰτιον, siue à non cau-

Localis si- sa ut causa. Nam vt rei signata cum signo in uno eodemque loco existentia, seu rei signata in signo tanquam in latibulo inclusio non facit Sacra mentum.

Negat cō iunctione to celi, non negatur Sacramentalis. Ratione siue rerum Sacramentis, sublata non dissoluit vni onem Sacramentalem verā, nec signa nuda & inania facit. Nam hac ratione veteres nuda tantum signa & inania spectacula in circumcisione & agno paschali habuissent: quia fœdus siue circumcisione cordis non fuit localiter sub externa ceremonia , nec transitus Angeli sub carne agni paschalis latuit aut in eodem loco situs fuit. At

verè

verò dicere illa signa fuisse tantum inania spe-
ctacula & inanes ludos, nemo nisi mente ca-
ptus dixerit aut cogitauerit. Itaque istis Theo-
logis, qui omnia supernaturaliter in hoc sacra-
mento sapere volunt, in mentem venire debe-
ret, neque interualla temporum, neque inter-
capedines locorum communionem & dispen-
sationem benedictionis & promissionis diuinę
impedire aut tollere posse.

Lectorum
& temporis
interuallis
non tollit
dispensatio
nem gratiae
diuinæ.

Alterum est error παρὰ τὴν τὸν ἰλέγχοντα.
Non enim sequitur: Signa non sub se &
in se localiter complectuntur res signatas. Er-
go planè nuda & inania signa sunt. Nam hac ra-
tione minimè inania sunt, quia obsignant rem
promissam minimè inanem aut fallacem, sed
veram, sed certam, sed à Deo suis fidelibus col-
latam opera sui spiritus.

Ignoratio
Blanchi.

Signa quae
modo non
inanis.

Ac quemadmodum sigilla, quæ rem certam
& exploratam literis comprehensam obsignat, Declaratio
neutiquam sigilla seu signa nuda & inania di-
cuntur, etiamsi à rebus literis expressis quam
longissimo locorum interuallo sciuncta sunt:
ita quoque sigilla promissionibus diuinis iam
nobis re ipsa præstitis annexa minimè va-
cua dicenda sunt, et si promissas res non in se
localiter contineant, ut saccus auenam, quip-
pe cum rem certissimam, minimè verò in-
anem aut fallacem obsignent, & repreßen-

res à simili.

DE VNIONE SACRAMEN.

NOTA.

tent. Sed hæc & similia sophismata in sequenti tractatu plenius discutientur. Mirum autem est, istos Theologos non quoq; affirmare audere signum nudum fuisse & inane, quod Deus Isaiæ 7. Achazo regi Iudeæ dedit: quo Christus non præsens sub signo, sed multis post demum annis exhibendus fuit. Sed iam cōlequens est, ut alterum quoq; definitionis membrū excutias mus: quod ita se habet, Et in vtriusq; perceptione in legitimo usu.

Vno sacramentalis signi & rei signare p̄cepit. Calumniā aduersarij sum. Diluitur causa.

Grauis questio de modo perceptionis.

Nostra sententia.

Pius Lector in his psuicis verbis duo observabit: Primò ad vniōnem sacramentalem pertinere signi & rei signatę perceptionem: vt hac ratione obuiam eatur calumnię aduersarij, quam semper in ore habent: Nos videlicet docere in sacra Cœna nihil percipi præter nuda, & inania signa: cum tamen tam aperte doceamus, nisi signum & res signata percipiatur, vniōnem sacramentalem stare non posse.

Sed hic oritur grauis questio, de modo, quo vtrumq; in sacramento, hoc est, signum & res signata percipiatur.

Nos quidem ex natura coniugatorum & perpetua rerum veritate dicimus res corporeas & terrenas ore modoq; corporeo & terreno: res verò spirituales & cœlestes ore modoq; spiritali & cœlesti, hoc est, fide & spiritu percipi. Aduersarij verò rerum proprietates confundentes

fundenies affirmare non erubescant res exter- Aduersari
riorum sens
tentia.
nas siue terrenas & internas siue spirituales v-
no eodemque modo & instrumento videlicet
modo & ore corporeo percipi. Sed de hoc sig-
mento in secundo Tractatu pluribus agetur.

Alterum obseruandum, utriusq; perceptio- Legitimus
usus.
nem non fieri nisi in legitimo & à Christo in-
stituto usu. Nam extra verum & legitimum u-
sum nihil habet rationem sacramenti. Itaque
ab hac perceptione impuri & infideles homi-
nes remouendi sunt, utpote, qui sacramentis
non utuntur, sed abutuntur, usum à Christo
præscriptum nō obseruant, sed profanant. De
hoc verò etiam plura differuntur in secundo
Tractatu. Hæc verò pauca de vnione
sacramentali sufficiant,

DE VERA COMMVN.
DE VERA KOINΩ
NIA SEV COMMVNIONE
corporis Christi, aduersus Synesiastarum nouum
mauditum commentum, Theologica & Lo-
gica tractatio Marci Beum-
leri Tigurini.

Tractio.

Propositio
Communio
corporis &
sanguinis
Christi.

Votum.

In dieis tu
fidei patris,
quod est,
eternum
vivere.
Ioan. 17.
Propositio
precatonis
Christi con-
stante.

reprobata
colocatio
nis plenif-
fera.

SUPERIORI Tractatu de coniunctione Sacramentali, de qua hodie grauiter controvexitur, ex verbo Dei differuimus: hoc vero praesenti animus est, omni θεω, de vera novacione seu communione corporis & sanguinis Christi, hoc est, de vniione nostri tamen membrorum cum capite, sponsæ cum sposo, palmitum cum vite, disputare. Deus, pater luminum, nobis face sui verbi ita praecat, ut à veritatis tramite nullo modo deflectamus.

Neminem vero ambigere arbitramur, inter fideles & Christum veram & arctissimam esse vniionem: qua ipsi inter se & cum Christo unum mysticum & spirituale corpus fiant: quippe cum Christus, Ioan. 17. v. 20. 21. 22. 23. eam nobis proponat finem & scopum cum suę meditationis, tum prædicationis Euangelij & fidei.

Non pro eis autem rogo tantum: sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eorum in me:

VI

Vt omnes vnum sint: sicut tu pater in Ratio dicitur
me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt ne, qui ipse
credat mundus, quod tu me misericordias.

Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, expaviebam
vt sint vnum: sicut & nos vnum sumus.

Ego in eis, & tu in me: vt sint vnum, sicut & inveniatur &
nos vnum sumus.

Ego in eis & tu in me, vt sint perfecti in vnu: Causa unionis
& vt cognoscat mundus, quod tu me misisti, & nos noscimus
dilexisti eos, sicut me dilexisti.

ΔΙΟΡΙΣΜΟΣ ΤΟΥ ΖΗΤΟΥΜΕΝΟΥ, ετ disputationis ordo:

Verum enim uero de vniōnis huius subiecto De quibus
seu materia, de causis tam internis quam ex-
ternis, de effectis, grauissima controuersia in-
ter reformatas Ecclesias existit & agitur.
Nos enim ex verbo Dei sentimus, credimus, Nostra sententia.
& docemus Christi & hominum nullam es-
se aliam vniōnem, quam internam & spiri-
tualem, hoc est, quae fide & spiritu constet, so-
lisq; fidelibus & ad vitam æternam destinatis
obtingat, atq; vitam æternam operetur.

Aduersarij verò summo conatu euincere & Aduer-
obtinere nituntur, præter hanc esse quoq; vniō-
nem imaginandam externam & corpoream,
hoc est, ore corporis percipiendam, fidelibus et
infidelibus communem, tam mortis & con-

DE VERA COMMUNI

demnationis quam vitæ æternæ effectricem.

Controuer-
ſe cardo
& status.

Quæritur igitur & controvèrtitur inter nos & illos: utrum cōmūnīo corporis & sanguinis Christi, hæc vniō, qua cum Christo vnum corpus, & inter nos reddimur, sit spiritualis tantu; an verò etiam corporea. Priorē sententiā nos defendimus: posteriore tuendam sibi sumunt aduersarij.

Disputatio-
nis partiū
dimembri

Propositum igitur est hunc præsentem trāstatum, quem glorię Dei, proximi institutionis ecclesiæ paci iam diu exoptata seruire cupimus, in duo capita tribuere.

Membri
summa;

Finis.

Argumen-
ti posterio-
ris membra

Finis.

In priore agitacione uas inq̄ nostram sententiā breuiter & dilucidè ex verbo Dei propōnemus, explicabimus, demonstrabimus. Vt ijs, qui à rixis & contentionibus abhorrent, & simili plici directaq; sententiarum explicatione delestantur, habeant, ynde documenta, sine labore longioris inquisitionis, sumant.

In posteriori d'ractione uastrews sophismatum aduersariorum, quibus partim nostram sententiā labefactare, partim suam opinionem confirmare conantur, elenchum instituemus, atq; quantum à verbo Dei dissideant, paucis indicabimus. Vt videlicet eorum deliria toti mundo patet, atq; ipsos auctores tandem sui figmenti pudeat. Decet enim nos non solum

eugenēi dñi

εακαλεῖσθαι οὐ τὴν ὑγιαίνουσαν διδαχὴν; τις
sed etiam τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. εἰπε-
σομίζειν, si D. Paulo credimus.

VNIONIS SEV KOINΩΝΙΑΣ
materia seu subiectum.

Aphorismus I. Vnionis spiritualis materia
prius & nobilior membrum est Christus cum
omnibus suis beneficijs.

Christus al-
iusculus est
materia u-
nionis, nos
iztihifere.

Quæ non
separantur,
unū percip-
iuntur.

Vivificans
uim à carne
Christi non
separari, a-
xioma theo-
logicum est

Demonstratio. Vbicunq; duæ res indissolu-
bili perpetuoq; vinculo nexæ & iugatae sunt,
cas separatim & sciunctè percipere non possu-
mus. At Christus & eius beneficia eiusmodi
vinculo nexa iugataq; sunt.

Ergo separatim percipi, aut percipiendo se-
parari sciungiue non possunt.

PROPOSITIO.

Propositio manifesta est: nam quæ nec cogi-
tatione nec re ipsa separari sine piaculo possunt
aut debent: ea quoq; separatim manducari aut
percipi citra sui interitum non possunt. Sed ne
esse est vnu & eundem utriusq; simul partici-
pem fieri, aut utroq; priuari. Vnde patet putidā
& impudentem calumniam esse aduersariorū
dicentium, nos docere κοινωνιαὶ hanc solo
Christi spiritu constare.

Syllogismi
declaratio
& demon-
stratio.
Propositio
nia festien-
tia manife-
staz.

Aduersa-
riorum ca-
lumnia co-
ruit.

DE VERÀ COMMVN.

ASSVMPTIO.

Assumpti sententia nō situr & falsa catur axioma theologicum, ex sacra scriptura deductum, atq; calculo orbium piorum approbatum, viuificam virtutem seu qua firmamento fundato, à carne Christi separari non posse:

Rom. 8.

Sententia
argumenti
Paulini.

Hinc Paulus Rom. 8. Is quidem, qui proprio filio non pepercit, quomodo nō etiam cum eo omnia nobis donaret? Argumentum Pauli est ex loco minorum; cuius sententia hue redit: Absurdum est dicere, Deum patrem pro nobis tradidisse filium suum unigenitum, ac nō simul donasse omnia, quae ad vitam necessaria sunt: quippe cum à filio Dei dotato & accepto vita non possit separari.

Rom. 8.
Vbi Christus, ibi spiritus uiuis, flans.

Vbi spiritus, ibi res uocatio ad vitam.

Mens Pauli.

Et hoc est quod eodem capite Apostolus ait: Porro si Christus in nobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum. Spiritus autem vita est propter iustificationem. Sed si spiritus eius, qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, per inhabitantem eius spiritum in nobis.

Sententia est, In quibus Christus est, in ipsis spiritus, vita, iustificatio, & resurrectio & mortuis ad vitam est.

Hec idem docet Christus ipse, huius unionis fulcrum

CORPORIS CHRISTI. 25

fulcrum & basis Ioan. 6. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso. Item. Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam.

Sententia est: Nemo manducat carnem meam, nisi simul omnium beneficiorum meorum particeps fiat.

Idem postea à Christo iteratur Ioannis 15. Ioan. 15.
 Is., qui manet in me, (vt videlicet palmes in
 vite) & in quo ego, hic fert fructum multum.
 Huc facit, quod Christus ipse sacram Cœnam
 instituens, nos iubet non simpliciter suum cor
 pus manducare, nec simpliciter suanguinem
 suum bibere, sed subiicit: Quod pro vobis tra-
 ditur: qui pro vobis effunditur. Quasi dice-
 ret, Non aliter volo vos corpus meum edere,
 & sanguinem meum bibere, quam quatenus
 in salutem & vitam vestram traditur & effun-
 ditur.

C O M P L E X I O.

Vnde recte & verbo Dei consentaneè con-
 cludimus, Christum cum omnibus suis bene-
 ficijs coniunctum & consideratum vniōnis i-
 stius spiritualis subiecti primum membrū esse:
 ðm sp̄ edles dñi ḡas.

D

DE VERA COMMVN.
ALTERVM VNIONIS
membrum.

Aphorismus. Soli fideles sunt participes cōmunionis Christi.

Demonstratio. Qui vnum sunt cum Christo, ij rectē dicuntur & reuera sunt subiectum seu materia vnionis cum Christo:

Sed soli fideles vnum sunt cum Christo:

Ergo soli fideles sunt subiectum seu materia vnionis cum Christo.

PROPOSITIO.

Propositionis sententia ita clara ita aperta est, vt neminem tam vecordem esse existimē, qui eam negare aut de ea dubitare animum inducat. De quo enim affirmatur materiatum, seu res ex materia facta, de eodem affirmatur materia: & contra de quo negatur materia, de eodem rectē negatur res ex materia illa facta.

ASSUMPTVM.

Assumptum nostrum pluribus sacrarum litterarum testimonij confirmatur, quam ut à quoquam in dubium vocari, nedum infirmari aut frangi possit: nos pauca tantum, eaque illustria afferemus.

Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eorum in me. Ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego

CORPORIS CHRISTI. 26

& ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint: vt
credat mundas, quod tu me miseras. Ioan-
nis 17.

Ex his verbis tale argumentum elicetur,

Iij sunt vnum inter se, & vnum cum Chri-
sto, pro quibus Christus patrem rogavit. Hæc
propositio proponitur à Christo versu 21. & est
finis petitionis Christi.

Sed Christus orauit pro solis credentibus.

Ergo soli fideles sunt vnum inter se, & vnum
cum Christo.

Et v. 22. sequitur. Et gloriam, quam dedisti
mibi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos v-
num sumus.

Sunma est: Quibus Christus gloriam à pa-
tre daram dedit, iij sunt vnum cum Christo;

Sed gloriam illam solis fidelibus dedit:

Ergo soli fideles sunt vnum cum Christo.

Item v. 25. & 26. Pater iuste, mundus te non
cognovit, ego autem te cognoui, & iij cognoue-
runt, quod tu me miseras.

Et notum feci eis nomen tuum, & notum
faciam: vt charitas, qua dilexisti me, in ipsis sit,
& ego in ipsis.

Sententia est: Iij sunt vnum Christo, qui De-
um patrem & filium eius Iesum Christum co-
gnoverunt. Pater ex v. 26.

DE VERA COMMVN.

Sed soli credentes cognōrunt Deum, eiusq;
filium in hunc mundum ad nos liberandum
missum. Patet ex v.25. & maximē ex antithesi.
qua mundus & fideles opponuntur.

Ergo soli credentes sunt vnum cum Christo. Idem docet Paulus 2. Corinth. 6. Quod enim consortium iustitiae cum iniustitia? & quæ communio luci cum tenebris? quæ concordia Christi cum Belial? aut quæ pars fidelium cum infidelis? & quæ consensio templo Dei cum simulachris? nam vos templum estis Dei viuentis.

Sententia: Quicūq; sunt templum Dei, ser, quod eōdem recidit, vnum cum Christo, fugere debent idolatriam & idololatras.

Amplificatur & demonstratur quintuplici antithesi. Sed soli fideles vnu sunt cū Christo.

Ergo fideles fugere debent idolatriam & idololatras.

Similis locus est 1. Corinth. 10. Quapropter, dilecti mei fugite ab idolatria. Ut peritis loquor, iudicate vos quod aio. Poculum benedictionis, cui benedicimus, nōnne communio sanguinis Christi est? Panis, quem frangimus, nōnne communio corporis Christi est? Quoniam vnius panis, vnum corpus multi sumus: nam omnes vnius panis sumus participes. Nō potestis poculum Domini bibere & poculum dæmo-

CORPORIS CHRISTI. 27

dæmoniorum: nō potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum.

In his verbis triplex latet Pauli argumentū, quo vno fidelium cum Christo astruitur.

1. Quos Paulus dilectos vocat, iij sunt participes *κοινωνίας* corporis & sanguinis Christi.

At Paulus solos fideles dilectos vocat. Nam Paulus proculdubio reprobos homines nunquam pro dilectis habuit.

Ergo soli fideles fiunt participes *κοινωνίας* Christi.

2. Qui inter se vnum corpus sunt, iij participes sunt *κοινωνίας* Christi.

At soli fideles inter se vnum corpus sunt:

Ergo soli fideles participes sunt *κοινωνίας* Christi.

3. Qui participes sunt mensæ Domini, iij sunt vnum cum Domino.

At soli fideles participes sunt mensæ Domini: quod patet ex Antithesi Paulina.

Ergo soli fideles vnum sunt cum Christo.

Ex his igitur rectè cōcludimus partim Chri-
stum viuisum, partim fideles materiam esse
huius, de qua agimus, vniōnis: id quod nobis
demonstrandum erat. Vnde duo hęc πορίσματα
rectè colligimus.

1. Neminem Christū percipere, neminemq;

DE VERA COMMVN.

etum eo vnum fieri, nisi qui simul particeps fiat omnium eius beneficiorum, quæ sunt, ut numerò dicam, vita æterna.

2. Neminem nisi fide vera præditum carnem Christi manducare, ac vi consequentia, vnum cum eo fieri,

C A U S A E F F I C I E N S principalis.

Aphorismus. Unionis causa princeps & prima origo solaq;. vi Cyrilli verbis utar est Deus.

Demonstratio. Qui omnia ea facit & operatur, quæ ad unionem nostram necessaria sunt: quique cæteros omnes à sociate operationis eius excludit: is rectè dicitur causa eius prima & sola.

Sed Deus omnia operatur, quæ ad illâ unione pertinent: atq; cæteros omnes ab ista operatione excludit.

Ergo Deus rectè causa principalis & sola nostra unionis dicitur.

P R O P O S I T I O.

Propositio ita firma & stabilis est, ut nullius imperum extimescat, atque à nemine oppugnetur, nisi ab eo, qui Deo gloriam suam, quam alteri se daturum esse negat. eripere audeat. Hinc valde delector regula diuinæ cuiusdam Logici

Legici. Omnis boni effectus gloria debetur solo Deo, quando à sola ipsius benedictione fluit quicquid est boni; neque fas est eum vel minima parte gloriæ spoliari. Cum enim ab ipso, in ipso, & ad ipsum sint omnia, merito subiungit Apostolus ad Rom. 11. Ipsi sit gloria.

ASSUMPTIONIS.

Assumptionis utrumque membrum planum faciemus inductione testimoniorum sacræ scripturæ & ex singulis firmissima nostræ assertio- nis argumenta extruemus.

1. Cum conuersus fueris ad Dominum Deum tuum: Circumcidet Dominus cor tuum. & cor seminis tui: ut diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima, ut possis vivere.

Tria sunt in his verbis, quæ ad unionem spiritualem faciunt, obseruanda. 1. Subjectum unionis, quod est cor creditum, non infideliū. 2. Causa unionis, Dominus Deus. 3. Fides seu effectus, qui est, dilectio & vita. Sententia igitur est,

Qui homines conuertit, conuersorum corda circumcidit, hoc est, purgat ab omni peccatorum cœno, regenerat, sanctificat, & illuminat: is enim uera est prima & unica causa nostræ unionis. Sed Deus conuertit homines, conuersorum corda circumcidit. Constat ex contextu.

DE VERA COMMVN.

Conclusio. Ergo Deus prima & sola causa est nostræ vñionis, qua videlicet vnum corpus cū Christo & inter nos efficiuntur.

Iohann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum: ego verò suscitabo eum in ultimo die.

Scriptum est in Prophetis: Et erunt omnes docti à Deo. Quisquis ergo audierit à Patre & didicere uenit ad me.

Tria notantur. Tria paucis, quæ doctrinæ præsentis lucem adduant, notentur: primò subiectum vñionis, quod partim est Christus viuis, partim homines fideles, seu à Deo tracti & docti. Deinde

Causa efficiens. causa efficiens principalis & sola, Deus pater Domini nostri Iesu Christi. Tertiò effectus, resuscitatio videlicet ad vitam. Sententia est: Cuius solius tractu, impulsu, & doctrina seu institutione venimus, id est, concorpores sumus, inserimur & vnimur Christo, ut vitam æternam consequamur, is rectè principalis & sola causa nostræ vñionis cum eo dicitur,

Assumptio. At solius Dei ductu, doctrina, & illuminazione ad Christum venimus. Apparet ex contextu, item ex testimonij Isa. 54. Ierem. 31.

Cōplexio. Ergo solus Deus est causa principalis nostræ vñionis.

Conclusio. Ex his dictis, nam plura addere superuacuum foret, satis liquet, Deum principem causam,

sam, ut salutis, ita quoq; nostrę vunionis, ex qua illa consequitur, esse. Nunc consequens est, ut ea quoq; loca consideremus, quibus homines ab illo opere excluduntur.

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ego quidem bapti.
zo vos aqua in resipiscientiam : ille vero qui post me venit, validior me est, cuius non sum dignus, qui soleas portem : ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.

Duo sunt in hoc dicto, utpote in dissimili & plena comparatione obseruanda. 1. Protasis, qua Ioannis officium, atque adeò omnium ministrorum verbi & sacramentorum, ritè describitur: quod est sacramenta, id est, signa externa hominibus offerre & subministrare in resipiscientiam, in signum & sigillum suæ cum Christo vunionis, in memoriam beneficiorum Christi. 2. Antapodosis, qua Christi, utpote naturalis Dei ἐπίγεια & efficacia exprimitur, quæ est baptizare Spiritu sancto & igni, quo solo vnum cum eo & inter nos efficimur. Sententia igitur est.

Qui baptizat Spiritu & igne, hoc est, qui Spiritu sancto, eiusq; donis & operibus corda nostra renouat, vera fide illuminat, & tempora Dei efficit: is proculdubio est causa nostra vunionis.

Sed illa omnia facit Deus.

Testimonia quibus homines excluduntur ab opere unionis.

Matth. 3.

Marc. 1.

Luc. 1.

Duo obser-vanda
Protasis cō-
pletatur of-
ficium 10-
annis.

Antapodo-sis, qua Christi o-pus expo-nuntur.

Assumptio-

DE VERA COMMUN.

Cōplexio. Ergo Deus est vera causa & principalis nostræ vñionis cum Christo.

Ioh. 6. Ioan. 6. v. 32. Amen Amen dico vobis non dedit vobis Moses panem illum cœlestem: sed pater meus dat vobis panem illum verè cœlestē.

Protasis. Rursus duo occurunt: 1. Protasis, qua Moysis officium describitur: Is in deserto mando diuino populo Israelitico dedit Manna, qui panis cœlestis. Num. 11. Panis angelorum Psal. 77. ob dignitatem & præstantiam nominatur, non autem simul dedit panem verè cœlestem, id est Christum, cuius panis ille Sacramentū signum ac sigillum erat: atque idcirco metonymicè panis cœlestis appellatur.

Antapodosis. 2. Antapodosis, in qua Deus Mosi opponitur, qui dat panem verè cœlestem, id est filium suum Iesum Christum, qui nos sibi vñitos pascit ad vitam æternam. Sententia igitur est:

Sententia. **Proposito.** Qui nobis dat panem cœlestem, id est, Christum manducandam, is solus facit nos vñuna cum Christo.

Assumptio. Sed Deus, & nullus aliis, dat nobis panem cœlestem.

Cōplexio. Ergo solus Deus est causa nostræ vñionis.
z. Cor. 3. 1. Cor. 3. Itaq; neq; is qui plantat, est aliquid, nec qui rigat: sed Deus, qui dat incrementum. Etenim Dei sumus administri, Dei arvū, Dei edificatio estis,

Quod

CORPORIS CHRISTI. 30

Quod fit in Sacramentis, idem etiam fit in Explanatio
verbo: nam Deus utrobiq; similiter operatur. analogica-
Ut igitur ibi minister porrigit & offert exter-
num signum: Deus autem ministrat res inter-
nas, cœlestes, & spirituales: Ita in verbo mini-
ster concionatur voce & sono: Deus autem in-
trinsicus suo spiritu operatur: quod Paulus
hoc loco elegantissimi declarat. Sententia est.

Qui dat incrementum, hoc est, qui semper Proprietate
verbi Dei à ministris iactum excitat, fouet, &
ad maturitatem perducit: is vera & sola causa
est nostræ vniōnis. Aperta est & firma: nisi e-
nīm Deus spiritu suo corda nostra prepareret &
secundet suo spiritu, externus verbi sonus, &
externa Sacramentorum signa ne tantillum
quidem iuvant & faciunt ad vniōne nostram
cum Christo.

Sed solus Deus dat incrementum. Confir- Assumptio-
matur dissimili comparatione Christi & Aпо-
stolorum.

Ergo solus Deus vnu nos facit cū Christo. Cōplexio-
Ex his omnibus concluditur, nostram cum Cōclusio-
Christo vniōne nemini, nisi soli Deo tanquam
prime & soli cause, sine inexplibili sacrilegij &
idolatriæ criminē tribui posse. Vnde Christ^o
ipse Mosem, Paulus vero & Iean. seipso, cæte-
rosq; Apostolⁱ, ad huius illustris actionis & glo-
rig tang^o solius dei propriet^e & ad nullū hominē

DE VERA COMMUN.

quamvis sanctissimū traducendæ, societate ex
cludunt, atque solius Dei totam & propriam
esse fatentur. Pudeat igitur arrogantes istos
matæologos, qui instar Agyrtarum impuden-
tium gloriantur se in sacra Cœna non minus
ipsum viuificum corpus Christi sua manu in
os hominum inserere, quam panem & vinum:
quo nihil aliud tentant, quam ut tandem pro
Diis adorentur: siquidem opera Dei propria
sibi tam audacter sumunt. Deus autem, suę glo-
riæ acerimus vindex, spiritum illum Luciferi
& Antichristi suo tempore coercedit.

VINCULUM UNIONIS.

Spiritus S:
vinculum
nostræ unio-
nis. *Aphorismus.* Vnionis, qua primo inter nos,
deinde cum Christo vnum corpus efficimus,
est Spiritus sanctus.

Demonstra-
tio ex sacra
Scriptura. *Demonstratio.* Demonstrationem nostram
deducemus ex inductione testimoniorum sa-
crae Scripturæ.

Rom. 8. 8. 9. 1. Vos autem non estis in carne, sed in spi-
ritu: siquidem Spiritus Dei habitat in vobis.
Deus in no-
bis per Sp. Ergo Sp. Porro si Christus in vobis est, corpus qui-
vinculum. dem mortuum est propter peccatum. Spiritus
Spiritus est autem vita est propter iustificationem. Sed si
vita. Ergo unio- Spiritus eius, qui excitauit Iesum à mortuis,
nis nostre habitat in vobis, viuificabit & mortalia corpo-
ræ vestra per inhabitantem eius Spiritum in
Deus per vobis.

Quot-

CORPORIS CHRISTI. 31

Quotquot enim Spiritu Dei ducuntur, iij sunt filij Dei. Rom. 8. v. 9 II. 14.

Sententia est. Per quod Deus in nobis habitat: sine quo Christi, id est membra Christi tanquam capitum non sumus: per quod vitam accipimus: per quod corpora nostra mortalia cum corpore Christi ad vitam revocantur: per quod filij Dei sumus: id recte dicitur vinculum, quo cum capite nostro Christo copulamur, & in unum corpus coalescimus.

Sed per Spiritum sanctum Deus in nobis habitat: sine Spiritu sancto Christi membra non sumus: à Spiritu sancto vita nostra est: per Spiritum sanctum corpora nostra cum Christo à mortuis excitantur: per Spiritum sanctum filij Dei sumus: quod hoc loco docet Paulus.

Ergo Spiritus sanctus est vinculum, quo nos, inter nos, & cum Christo capite, in unum corpus mysticum copulamur. Nam illa antecedentia veram unionem constituunt.

Idem euidentius perspicitur ex I. Cor. 12. 1. Cor. 12.

Per unum Spiritum nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudaei, siue Graeci, siue serui, siue liberi: & omnes unam potionem potauimus in unum Spiritum.

Sententia est. Per quem in unum corpus baptizati sumus omnes, & in quem unam potionem potauimus omnes: is recte dicitur vin-

spiritus corporis mortalis ad immortalia tradicit.
Per Spiritum sumus filii Dei.
Propositio.

Assumptio.

1. Cor. 12.

Per Spiritum unum corpus.

Per Spiritum unus spiritus

Propositio.

DE VERA COMMUN.

culum, quo inter nos, & cum Christo uniuersus.

Assumptio. At per Spiritum sanctum in unum corpus baptizatus sumus, in unum spiritum eandem portionem potauimus omnes:

Cōplexio. Ergo Spiritus sanctus recte dicitur vinculum, quo & in unum corpus & in unum spiritum nobiscum, & cum Christo tam in baptismo, quam in cœna Domini coalescimus.

Prolepsis. At obiciunt aliqui: Paulus ibi loquitur de ecclesia, quæ unum corpus fit, idque mediante & donis in eam conferente Spiritu sancto. Ergo Paulus ibi nihil agit de κοινωνίᾳ seu communione nostri cum Christo.

Error con-
sequentiis. Respond. Error est παρεξήγαγός atq; idcirco negandum consequens. Nam non

Ratio. sequitur, Paulus disputat de ecclesia, quatenus Spiritus donis aucta, & Sacramentis usâ unum corpus evadit. Ergo Paulus non disputat de

Bisextus. unione nostri cum Christo capite. Imò contrariū potius sequitur, Paulus disputat de cor-

Christus bā-
sis nostræ
unionis. pore mystico: Ergo disputat de nostra unione cum capite Christo. Nam Christus est basis, fulcrum, complementum, & quasi forma nostræ unionis: aliter siquidem fideles unum corpus esse non possint, nisi in Christo capite.

Perpetua
Pauli doc-
trina. Et hæc est perpetua D. Pauli doctrina cum hoc ipso loco tum alijs multis inculcata. Quid enim

CORPORIS CHRISTI. 32

enim manifestius est eo, quod scribit versu 12. *Versus 12.*
 Si et enim corpus vnum est & membra habet
 multa, omnia vero membra corporis vnius,
 multa cum sint, vnum sunt corpus; ita & Christus. *Vnde* loco meridiani clarius est, Paulum *Conclusio.*
 loqui de uno ecclesiae corpore, quatenus vnum corpus est non in se, tantum, sed in Christo capite suo, unde corpus hoc suum vigorem accipit.

Ac ne longius recedamus, quid evidenter Alia ratio
 esse potest hoc ipso, quem citauimus loco: ubi ex ipso Paulus
 mentionem facit baptismi: in quo non in loco.
 solum vnum corpus efficimur: sed Christum Baptismus
 induimus, Christo inserimur, cum Christo se-
 pelimur. Item, quod meminit cœnæ Domini- Cœna Dom
 icæ, quæ σεξαγιτ; tessera & sigillum est, non solum valis.
 lumen nostræ inter nos, sed etiam unionis cum
 Christo capite: quo sensu à Paulo κοινωνία corporis & sanguinis Christi appellatur. *1. Cor. 10.*, *1. Cor. 10.*

Præterea idem Paulus, quo modo & qua ratione nos inter nos, & cum Christo vnum corpus ex multis membris compositum simus, plaus Rom. 12.
 nissime exponit ad Rom. 12. v. 4. & 5. Quemadmodum enim in uno corpore membra multa habemus, membra vero omnia eandem non habent actionem. sic multi vnum corpus sumus in Christo, signatum autem alijs aliorum membrorum. *Varie actio-*
In uno corpore multa membra. *Vnum corpus in Christo.*

DE VERA COMMUN.

Conclusio. Ergo Paulus sensit & docuit, nos non aliter vnum corpus esse posse, nisi in Christo capite, basi & fulcro nostræ vunionis: ac per consequens ubi de ea loquitur, non aliter loquitur, quam quatenus in Christo consistit & absolvitur.

Ephes. 2. Ephes. 2. In quo &c vos vna ædificamini, vt
Habitatio sitis habitatio Dei per Spiritum S.

Dei per Spi ritum. Argumentum est. Per quod sumus habita-
Propositio. tio Dei, id recte dicitur vinculum nostræ v-
nionis:

Affumptio. Sed per Spiritum S. sumus habitatio Dei.

Cōp̄lexio. Ergo Spiritus sanctus est vinculum nostræ vunionis.

1. Ioan. 4. 1. Ioan. 4. Per hoc cognoscimus in eo nos
Deus in no bis & nos habitare, & ipsum in nobis, quod de Spiritu
in ipso per Spiritum.

Appodixis sanctus vinculum vunionis proponitur. Sed
nolo plura testimonia proferre, ne in re mani-
festa comprobanda operam sumere inanem vi-
dear.

VINCULUM SECUNDARIVM.

Secundari- Aphorismus. Secundarium vinculum est
um vinculu charicas Dei erga nos gratuita: & nostra erga
est charitas Deum & proximum à Spiritu sancto in cor-
Dēmōstra- dibus nostris accensa.

Demonstratio. Demonstratio petitur ex
Scriptura locis
penitus.

CÖRPORIS CHRISTI. 33

locis S. Scripturæ, quæ paucis proponemus.

1.Ioan.17.vers. 26. Et notum feci eis nomē ^{Ioan.17.}
tuum, & notum faciam: ut charitās, qua dilexi ^{vers. 26.}
st̄i me, iti ipsis sit, & ego in ipsis.

Sententia. Id rectē dicitur vinculum vniō ^{Propositio.}
tis per quod Deus & Christus in nobis est.

Sed Deus & Christus per charitatem in no ^{Assumptio.}
bis est:

Ergo charitās rectē dicitur vinculū vniōnis. Cöplexio.
2.Charitas enim illa Christi constringit nos, ^{2. Cor. 12.}
vt qui hoc statuerimus, quod si vnuſ pro omni
bus mortuus fuit, nēmē omnes mortui fue-
runt. 1.Cor. 12. ver. 14.

Sententia est. Quod nos constringit, id mē. Propositio:
tio dicitur vinculum vniōnis;

At charitas Christi nos constringit: Assumptio.

Ergo charitas Christi est vinculum nostræ Cöplexio.
vniōnis.

3.Cum omni modestia ac mansuetudine, cū Ephes. 4. vi.
anitī lenitate, tolerantes alij alios per chari- ^{2.3.}
tatem. Studentes seruare vnitatem Spiritus ^{Charitas,}
per vinculum pacis. Ephes. 4. ver. 2. & 3. Pax.

4. Si diligimus alij alios, Deus in nobis ha- ^{1.Ioan. 4.}
bitat, & charitas eius expleta est in nobis. Et Deus in no-
bos cognouimus & credidimus charitatem, ^{bis per cha-}
quam habet Deus in nobis. ^{ritatem.}

Deus charitas est: & qui manet in charita- ^{In charitas}
te in Deo manet, & Deus in ipso. 1.Ioan. 4. te manens
in Deo ma-
nes.

DE VERA COMMUN.

Conclusio. Ergo verbo Dei congruenter assertum est
charitatē alterum nostrę vñionis vinculum esse.

CAUSA INSTRUMENTALIS.

**Causa ins.
strumentis** *Aphorismus.* Instrumentum autem, quo vñ
is est fides, ram κοινωνίας seu communionem apprehen-
dimus; est sola fides.

Propositio. *Demonstratio.* Quo instrumento Christi be-
neficia, hoc est, iustitiam, sanctificationem, salu-
tem, & vitam æternam apprehendimus: eodē
Christi Spiritum & corpus apprehendimus,
nobisq; applicamus, & vñū cum eo efficimur.

Assumptio. Sed sola fide Christi merita & beneficia ap-
prehendimus, & nobis applicamus.

Complexio. Ergo solius fidei instrumento ipsius Christi
Spiritum & corpus apprehendimus, & vnum
cum eo constituimur.

PROPOSITIO.

Propositio Propositio nostra duabus rationibus, ijsque
nimirum duas
bus rationi
bus. necessarijs addicitur. Prior est principium &
Axioma & axioma Theologicum, Vniuersa virtus à carne
principium Christi separari non potest, sed perpetuo indi-
Theologi- solubiliq; nexu cum ea copulatur: ac per con-
cum. sequens duobus distinctis & à se remotis in-
strumentis, cuiusmodi sunt os & fides, percipi
non potest.

Dimittit. Nam quemadmodū corporis cibus sine suo
interitu, non potest separari à sua nutriendi vi
& cœ.

CORPORIS CHRISTI. 34

& efficacia, nec contra nutriendi virtus seiungi Apodosis.
tur ab ipso cibo: sic quoq; caro Christi, citra sui
interitum, non potest separari à sua viuifica vir-
tute, quemadmodum nec ab unione verbi: nec
viviifica eius virtus seorsim existere potest à car-
ne. Item, quemadmodum cibus corporis eiusq; simile,
virtus non duobus diuersis, sed uno saltē ore
percipitur: sic quoq; caro Christi & viuifica ec. Apodosis,
ius virtus nō duobus distinetis, sed vno saltē in
strumento manducatur; videlicet fide: nisi for-
san aduersarij velint etiam beneficia Christi o-
re percipi: quod tamen ab omni pietate peni-
tus abhorret.

Videant verò aduersarij, ne, quantum in sē Notat Sy-
est, carnis Christi substantiā penitus euertant nusiasit.
& tollant, non minus quam sua vbiuitate, dū
docere audent, reprobros hominēs improbo
suo & impuro ore manducare carnem Christi,
sed sine vittute viuifica. Quod certè nihil aliud
est, quam carnem Christi summa ignominia af-
ficere, ac denuo tanquam mortuam sepelire.
O horrendam blasphemiam.

Altera propositionis ratio, qua superiora ad. Altera ad.
huc magis confirmatur, petita est ex sacra Scritio ex c. 2.
ptura, omni demonstratione certiori & fide di-
gniore.

Christus itaq; Ioan. 6. apertiis verbis docet, Christus d.
viviificam vim à carne sua percepta nequa- cet carnem
perceptam à vivificam

DE VERA COMMVN.

*miserere non
separari, &
contra.* quam auelli posse : ita ut carnem accipiens
simul quoq; accipiat vitam & communionem
Christi, hoc est eius beneficia: eam vero respu-
ens, simul quoque priuetur omnibus eius be-
neficijs.

Prius docet ver. 54. Qui edit carnem meam
& bibit sanguinem meum, habet vitam æter-
nam : & ego suscitabo eum in ultimo illo die.

Audis & intelligis, pie lector, omnem, om-
nem, inquam, qui manducat carnem Christi,
& bibit sanguinem eius, eum uno eodemque
modo simul & semel participem fieri vite æ-
ternæ & salutaris resurrectionis in extremo iu-
dicio.

*Christus ra-
tionem ad-
dit sue affir-
mationi à
propria cat-
nis sua vir-
ente.* Ne verò de sensu verborum Christi, aut de
veritate eorum dubitare possis, en Christus i-
ple rationem subiicit à propria & perpetua vi-
eficaciaq; sue carnis. Caro mea verè est cibus,
& sanguis meus verè est potus. Sententia est.

Sententia. Quemadmodum cum exterrito corporis ci-
bo, quem ore sumitis, simul quoq; hauritis vim
& virtutem corpus vegetandi, conseruandi, &
augendi: ita quoque caro mea & sanguis meus
perceptus non potest non vim suam exerere,
& vitam æternam operari : quippe cum hac
duo separari nullo modo possint.

*Christus
maioris co-
firmationis* Ut verò de sententia Christi melius erudiri,
atque ijs omni πληροφορίᾳ assentiri possis, en
pro

pro singulari suo erga te amote, eandem rem re
petere, ac fuisus explicare non grauatur: tu mo
do eam, qua par est animi pietate, exosculare
& amplectere. Qui edit meam carnem, & bibit
meum sanguinem, in me manet, & ego in ipso.

*nisi gratia.
eandem re
reperit &
fuisus expli
cat.*

Sicut misit me viuens ille pater, & ego viuo
per patrem: ita etiam qui ederit me, viuet ipse
quoque per me.

Hic est panis ille, qui de cœlo descendit: non
prout comederunt patres vestri manna, & mor
tui sunt: qui ederint hunc panem viuet in æter
num.

Intelligis ergo vitam æternam & cætera, *Conclusio:*
que à Christo in nos profiscuntur, beneficia,
vnâ cum carne & eodem omnino instrumen
to percipi.

Iam verò vitam & cætera Christi beneficia
sine carne eius percipi non posse, versu 53. ex
pressis verbis docet. Amen, Amen dico vobis,
nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, non habetis vitam in vobis.

Ac ne quis obijciat, Christum hoc loco non
de mandatione seu perceptione suæ carnis,
sed tantum de fide in eam, verba fecisse: eandé
sententiam Christus in ipsa cœnæ institutione
repetit, sanciuit & confirmauit. Accipite, co
medite, hoc est corpus meum, quod pro vobis
traditur. Bibite ex hoc omnes: hoc est sanguis

*Prolepsis
& eiusdene
rei proba
tio ex uer
bis cœnæ.*

DE VERA COMMVN,
meus noui Testamenti, qui pro multis effun-
ditur.

Conclusio. Ergo uno eodemq; modo, vno eodemq; in-
strumento, vno eodemq; tempore, vna eadem
que opera corpus Christi manducatur, & san-
guis eius bibitur, quo effecta, fructus, & virtus
carnis & sanguinis Christi: quia Christus nos
iubet non nisi carnem crucifixam, & non nisi
sanguinem effusum manducare & biberet.

A S S U M P T U M,

Assumptio. Assumptum nemo, vt mea fert opinio, ex ad-
uersarijs negabit: nisi qui studio à Zuinglianis,
quos vocant, dissentendi, malit discedere in
Pontificiorum de iustificatione impiam op-
inionem: quod tamen hodie nonnulli, detesta-
bili odio in transuersum acti, potius facturos se
esse, quam Zuinglianorum sententię, quam ex
verbo Dei defendunt, subscripturos nō obscu-
rè præ se ferunt. Libet tamen id quoque, vt no-
strum propositum persequamur, aliquot locis
sacræ Scripturæ munire & confirmare.

Qui credit in eum (filium Dei) non conde-
mnatur. Qui credit in filium habet vitam æ-
ternam. Ioan. 3.

Amen Amen dico vobis, qui sermonem meū
audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æ-
ternam, & in condemnationem nō veniet: sed
transiuit à morte in vitam. Ioan. 5.

Amen

CORPORIS CHRISTI. 36

Amen Amen dico vobis : qui credit in me,
habet vitam æternam. Ioan. 6.

Iustificati ex fide pacem habemus erga Deum,
per D.N.Iesum Christum. Per quem etiam si-
de habuimus aditum in gratiam hanc per quam
stamus & gloriamur sub spe gloriae Dei. Ro. 5.

Gratia estis seruati per fidem: idque non ex
vobis. Ephes. 2. Similibus sententijs referita est
sacra Scriptura.

Vnde concludimus Christum Christiq; be- Conclusio
nificio uno fidei instrumento, nullo autem a-
lio, percipi & nobis applicari.

INSTRUMENTVM FIDEI.

Aphorismus. 1. Causa fidei instrumentalis Verbum Dei
est verbum Dei, veteris & novi Testamenti. fidei causa
instrumentalis.

Demonstratio. Quo artifice vitetur ad effici-
endum aliquid, & per quod aliquid offert: id
recte dicitur effecti instrumentum. Propositio.

Sed Spiritus sanctus per verbum Dei fidem Assumptio;
in nobis excitat, accendit, & fouet: nec non of-
fert & exhibet salutem:

Ergo verbum Dei recte dicitur fidei instru Cōplexio;
mentum.

PROPOSITIO.

Propositio firma & aperta est luce naturæ: Propositio
Cui enim competit definitio, eidem quoque nisi confir-
competit definitum. At verbo Dei competit matio.

DE VERA COMMVN.

definitio instrumenti, respectu Spiritus sancti per illud fidem in animis hominum excitantis & dona sua offerentis. Ergo dubium non est, definitum quoque, id est, ut sit & appelletur instrumentum, competere.

ASSUMPTVM,

Assumpti
probatio.
Rom. 1.

Assumptum nititur & fulcitur locis S. Scripturæ.

Non pudet me Euangelij Christi : potentia siquidem est Dei ad salutem omni credenti, Iustitia enim Dei per illud exhibetur ex fide in fidem. *Rom. 1.*

Fides ex auditu est : auditus autem per verbum Dei. *Rom. 10.*

Conclusio.

Ergo noster aphorismus firmus verusq; est, verbum Dei fidei nostræ, qua Christum cum suis beneficijs apprehendimus, causam instrumentalem esse, qua Spiritus sanctus fidē in nobis accedit, conseruat, & auget.

Verbum Dei
offerit Christus
sum crucifixum.

Aphorismus 2. Verbum autem Dei fidei nostræ offert Christum crucifixum cum omnibus eius beneficijs.

Propositio.

Demonstratio. Cui omnes Prophetæ testimoniū perhibent: quod unum Apostoli sciunt: de quo S. Scripturæ testantur: qui verbi Dei summa est & fundamentum: in quo solo salus est: quod omnis spiritus, qui ex Deo est, confi-

confiterut: id recte & verè dicitur fidei nostræ obiectum.

At Christo soli ista omnia tribuuntur.

Ergo solus Christus est fidei nostræ obiectum,

*Assumptio.
Cōplexio.*

PROPOSITIO.

Propositio non obscura esse potest ijs, qui cogitant id recte obiectum dici, quod obiectum alicui rei, ut in ea se exerceat, atque munere suo fungatur. Sic obiectum auditus est sonus, visus color: quia in ipsis sensilibus hi sensus exercentur. Ita quoque verbi Dei obiectum est Christus, in quem solum intuetur & fertur fides nostra.

*Propositio
nis confir-
matio ex
definitione
obiecti.
Illustratio
a simili.*

A S S U M P T U M.

Assumpti membra sex, ex sacra scriptura deinceps plana faciemus.

*Assumpti
probatio
ex sacra
scriptura,
Act.10.*

1. Huic (intellige Christo) omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius omnis, qui crediderit in eum. Act.10.

2. Non quicquam delegi ad cognoscendum inter nos, nisi Iesum Christum, eumq; crucifixum. 1. Cor.2.

3. Scrutamini scripturas. Nam videmini vobis in illis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testificantur de me (Christo) Joan.5.

DE VERA COMMVN.

4. Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, imo angulari lapide Iesu Christo. In quo totum ædificium congregatoretur coagmentatum crescit in templum sanctum Domino. Ephes. 2.

5. Non est in alio quoquam salus: nec aliud nomen est sub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4.

6. Omnis spiritus, qui confitetur Iesum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui non confitetur Christum in carne venisse, ex Deo non est. 1. Ioan. 4.

Conclusio. Ergo tota sacra scriptura nostrę fidei, tanquam obiectum proponit intuendum & amplectendum, Christum eumque, crucifixum, id est, cum omnibus beneficijs, quæ ex ipsius morte ad homines promanant, proponit.

VERBI DEI, QVIBVS FIDES NOSTRA CONFIRMATUR, SIGILLA.

Aphorismus 1. Verbo Dei addita sunt sacramenta tanquam sigilla, quibus fides nostra confirmatur & sustentetur.

Propositio. **Demonstratio.** Si sacramenta nobis obsignant & confirmant, ea quæ verbo promittuntur, tum proculdubio rectè dicuntur & habentur sigilla & testeræ externæ.

Exempio: At antecedens verum est;

Ergo

Ergo & consequens verum esse necesse est. *Cōplexio.*

C O N N E X V M H Y P O
theticum.

Cui tribuitur definitio, & proprium adiun- Connexum
ctum & officium: eidem quoque definitum & hypothet -
subiectum tribuitur: nam hæc duo perpetuo cum proba
cohærent & inter se conuertuntur. Iam verò si tur à definit
sacramentis, quæ Deus verbo addidit, eā habet tione & of
ficio sigill -
vim, id officium & eum scopum, quem habent torum.
signa & sigilla literis appensa, ut videlicet pro-
missa Dei in verbo, tanquam syngrammate, ex
pressa obsignent, atque animos nostros omni
πληροφορίᾳ, qua promissis Dei acquiescant,
suffulcent, quis quæso tam rerum ruditis est,
qui velit illis negare nomen sigillorum, thesse-
rarum, symbolorum,

A S S U M P T V M.

Assumptum nostrum evidentius non de- Assumptio
monstratur, quām medio verbi Dei, id est, in- demonstra-
ductione omnium sacramentorum veteris & tur ex uero
noui Testamenti: dubium quandoquidem non bo Dei.
est, quin omnium sacramentorum, ut eadē for- Omnia sa-
ma systatica, sic quoque idem usus, idem offici- cumenta s
um, & idem finis semper fuerit & semper futu- yris exter-
ra sit, dum à Christo militans hæc Ecclesia a- pris, conue-
nerit,

DE VERA COMMVN.

Circcisio
sigillum fo-
deris.

1. Deus posteaquam fœdus cum Abrahamo fecit, atque ipsi spopondit se Deum ipsius seminiisque futurum esse in æternum: huic fœderi adiunxit seu appendit non vehiculum, quo ad ipsum fœdus adueheret, non latibulum, quo fœdus occultaret, non instrumentum, quo fœdus subministraret, sed sigillum externū, quo fœdus sanciretur & confirmaretur.

Gen. 17.

Hinc illa verba Gen. 17. Circumcisio erit signum pacti inter me & inter vos. Item illa Pauli ad Rom. 4. Et signum accepit circumcisio- nis, quod obsignaret iustitiam fidei, quæ fuerat in præputio: ut esset pater omnium creden- tium in præputio, ut imputetur etiam ipsis iustitia.

Conclusio.

Ergo beneficia Dei promissa non accipiuntur per sacramenta, tanquam instrumenta, sed antea percepta, aut suo tempore percipienda confirmantur & obsignantur. Et hoc apprimat facit, quod Paulus eodem loco subiungit:

Rom. 4. Sa-
lus non da-
tur per sa-
cramenta,
ut instrumē-
ta, sed per
fidem.

Non enim per legem, id est, per circumcisio nem, promissio scilicet cessit Abrahæ, aut semi ni eius, ut hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Hoc si rectè ponderarent aduersarij, & simplicitate verbi Dei, quam nunquam non iactitant, contenti essent, iam dudum omnis lis dirempta esset.

2. Cum Deus populo suo promisisset se-
des

des ipsius ea nocte qua angelus omne primogenitum Aegyptiorum percuteret, transiturum esse, atq; simul typum futuri transitus per Christum proposuisset, huic suæ promissioni non instrumentum, non vehiculum, non latibulum (ut quidam impuri homines loquuntur) sed sacramentum, sed signum, sed sigillum adiunxit, agnum paschalem videlicet singulis annis celebrandum. Hinc illa Exodi 12. Et erit sanguis ille vobis in signum, non in instrumentum, non in latibulum: hæc enim sacra scriptura planè ignorat.

Item: Et erit dies iste vobis in memoriam. Item cap. 13. Et erit tibi in signum super manum tuam, &c in memoriale super oculos tuos.

3. Deus quoque cum populo suo promisit, et suo tempore in hunc mundum missurum esse filium suum, qui, carne humana assumpta, nos sua morte & passione à peccatis liberaret, atque in libertatem filiorum Dei vindicaret: huic suæ promissioni addidit varias ceremonias, varia sacrificia: non quidem instrumenta remissionis peccatorum: sed signa, sed sigilla, sed tesseras. Vnde ad Hebr. 9. à paulo ὑπὸδειγμα seu exemplaria & ἀγνώστητη ritè nominantur.

4. Ita in novo Testamento Deus suis promissionibus annexuit duo sacramenta, baptis-

Agnus pa-
schalis sigil-
lum tra-
situs.

Sacrificia
fuerunt si-
gilla & tes-
seræ Chri-
sti sacri-
ficiandi.
Exod. 12.

DE VERA COMMVN.

mum & Cœnam : quorum idem est officium,
eadem virtus, eadem finis, & planè eadem sub-
stantia, quæ fuit sacramentorum veteris Testa-
menti. Hinc Paulus veteribus patribus nostra
sacramenta tribuit i. Cor. 10. Nobis quoq; vete-
rum sacramenta accommodat. Cel. 2. Quibus
locis procul dubio non respexit ad externa sym-
bola, seu terrena elementa, quæ in sensu incus-
runt, sed in usum & finem ; in quem instituta
sunt : nec non in rem ipsam, quam utraq; ean-
dem obsignant & confirmant.

Similes fi-
nies, eadem
officia &
vocabulain
sacramētū
noui Testa-
mentū.

Christus
Cœnam sui
memorior
appellat.

Collatio
obseruanda

Paulus Cœ-
nam dicit.
memorior
Domini ueniu-
canomittat.

Ac ut omnis dubitandi occasio tollatur, simi-
les fines, similia officia, & similia nomina in sa-
cramentis novi Testamenti, ac nominatim in
sacra Cœna, obseruemus & iudicemus.

Christus igitur, optimus àvuntrēvθv & suz
institutionis interpres, Cœnam suā, quam no-
bis perpetuo ritu celebrandam commendauit,
non dubitauit nominare μνμόσυροι seu me-
moriale sui, id est, suæ passionis & mortis salu-
taris : non secus ac agnus paschalis memoriale
transitus & præteriti & futuri à Mose Exod.
13. nominatur.

Idem planè docuit Paulus i. Corinth. 11. vbi
finem & usum à Christo breuius contractum
latius & fusius explicauit, hoc modo. Hoc facite
quotiescūq; biberitis, eīc τὴν ἐμὴν ἀράπνοιν,
ad mei

ad mei recordationem. Quotiescumque enim
ederitis panem hunc, & poculum hoc beneris-
tis, mortem Domini annunciatibitis, vsq; quo
venerit.

Sed idem Paulus eandem rem plenius illu-
strauit 1. Cor. 10. Poculum benedictionis cui
benedicimus, nonne communio sanguinis Chri-
sti est? Panis, quem frangimus, nonne commu-
nio corporis Christi est?

*Paulus' Coe-
nam appella-
tūno, ratiōnē
corporis
sanguinis
Christi.*

Ergo ex sententia Christi & Pauli facta Coe-
na non est instrumentum, quo corpus Christi
nobis communicatur, panis & vinum non sunt
latibula seu vehicula corporis & sanguinis
Christi, sed μημόσυνα, sed ἀράμυνοις, sed ἐ^τ
παρηγέλμα, sed κοινωνία corporis & sanguinis
Christi pro nobis occisi & effusi, non in pane la-
tentis, sed suo tempore ad iudicium venturi.

Iam si veteris Ecclesiæ eiusque doctorum
sententiam, iudicium, consensumque requiris,
nihil frequentius, nihil usitatius, nihil crebrius
apud ipsos est, quam sacramenta signa, sigilla,
tessetas, figuræ, similitudines, significatiōnes,
typos, antitypa, symbola corporis & sanguinis
Christi pro nobis traditi & effusi, ac per con-
sequens viuifici appellare. Commemoratione
autem testimoniorum supersedeo: quia de ijs
superiore tractatu, cum de unione sacramentali

*Veteris do-
ctorum coe-
nsus.*

Apodioxis

DE VERA COMMVN.

ageremus, satis copiosè differuimus: vnde pius Lector, si volet, repeteret poterit, & cum sacris literis conferre.

Sacramēta
nihil aliud
sunt quam
sigilla
promissio-
nēbus Del-
anuēxa.

Itaque ex his omnibus recte, hoc est, sacra-
mentorum naturæ & sacræ scripturæ conue-
nienter concludimus & statuimus sacramenta
nihil aliud esse quā sigilla promissionib⁹ in ver-
bo Dei expressis maioris confirmationis causa
addita: quia vnum & solum eorum officiū est,
signare, & obsignare, & confirmare, non autem
res sub se & in se continere.

Eadem res
In verbo &
Sacramētis
& eodem
Instrumento
accipitur.
Propositiō

Aphorismus 2. Eadem res in verbo & sacra-
mentis vno eodemque instrumento manduca-
tur & percipitur.

Demonstratio. Si eadem res in verbo & sa-
cramento promittitur & offertur: tūm certe se
quitur vnam eandemq; rem vno eodemq; mo-
do & instrumento utrobiq; manducari & per-
cipi. Sed vna eademque res in verbo & sacra-
mento promittitur.

Cōplexio. Ergo vna eademq; res vno eodemq; instru-
mento & modo accipitur & manducatur.

CONNEXVM HYPOTHETICUM.

Connexum
hypotheti-
cum.

Connexum sua luce lucet, & ab omnibus
pro vero firmoqué iudicatur, nisi ab ijs, qui pla-
nè nullo sunt iudicio. Nam confiteri & conce-
dere.

CORPORIS CHRISTI. 41

dere unum eandemque rem in verbo & sacra-
mento promitti & offerri, & tamen contendere
aliquid amplius & augustius in sacramentō
percipi, quam in verbo, nihil aliud est; quam
studio litigandi aquam ex pumice elicere. De-
inde dubitare, vna eademque rem uno codemque
modo & instrumento percipi, hominis est in ma-
gnis rebus erratis, & in media luce cœcutiētis.

A S S U M P T V M;

Sed in assumpto nobis magis laborandum Assumptum:
& vehementius enitendum vi leo: quia cardo
disputationis in eo voluitur. Né autem diutius Assumptum
in re clara illustranda operam perdere ac τῷ demonstrā-
τιών φῶς quodammodo οὐαίζειν videat, plā- tur tylo-
cet nostram démonstrationem iyllogismo con- gismo.
cludere & proponere.

Si sacramenta sunt sigilla promissionis gra- Propositio
tis, seu si se habent ad promissiones vt sigilla
ad literas: tum nimirum non alia res, seu com-
munio cum Christo & alia vno promittitur;
offertur, & obtingit in sacramentis, quam quæ
in literis, hoc est, in Euangelica promissionē
sancitur, continetur, & exprimitur. Nam sigil- Connex
la non idcirco appenduntur literis, vt aliquid probatio &
amplius, augustius, multo minus aliquid di- finitio
uersi ab iis, quæ in literis nuncupantur, confe-
rant & obsignent: sed ijsdem finibus cum lite-

F

DE VERA COMMUN.

ris terminantur, atque ijsdem spacijs omnino includuntur: id quod norunt omnes, quibus mens sana est.

Affumptio. At sacramenta sunt sigilla, ac se habent omnino ad promissionem gratie (quæ spiritualem tantum unionem & communionem corporis, & sanguinis Christi promittit) ut sigilla ad literas. Confirmatur ex sacra scriptura. Circumcisio est σφραγίς, hoc est, sigillum additum promissione iustitiae. Rom. 4. vers. 11. Panis & vinum seu poculum in sacra Cœna sunt κοινωνία corporis & sanguinis Christi. 1. Corinth. 10. vers. 16. Item sunt μημόσυνα, sunt ἀναμνήσεις corporis & sanguinis Christi. Lucæ 12. Corinth. 11.

Cōplexio: Ergo una eademq; res in sacramento & verbo promittitur, offertur, & percipitur, corpus videlicet Christi pro nobis traditum, & sanguis eius pro nobis fusus, hoc est, Christus cum sua virtute saluifica, cum omnibus beneficijs, cum vita æterna. Nam Christi substantia & hæc beneficia arctiori vinculo inter se continentur, quā vt separatim promitti aut percipi possint.

Conclusio. Ex his igitur recte cōcludimus, fideles (nam ab utroq; reprobos, tanquam porcos indignos tantis beneficijs ex sententia Christi excludimus) in verbo & sacramento, vnius eiusdemq; rei, videlicet Christi eiusq; beneficiorum, uno eodemq;

codemq; modo & instrumento, fide nimirū & spiritu (nam aliter promissio gratiæ salvifican-
tis non percipitur) participes fieri.

Verum operæ pretium facturi videntur, si po-
sterius membrum conclusionis alio quoq; syl-
logismo suffulciamus.

Si tam in sacramentis, quam in verbo offer-
tur promissio gratiæ, tum sequitur eam, ut ad
solos fideles pertinet, sic à solis fidelibus, ac per
cōsequens sola fide spirituq; manducari. Nam
promissio gratiæ diuinæ ad eos tantum perti-
net, qui vera fide sunt prædicti, atq; Spiritu san-
cto instructi & ornati, atq; ab ijs sola fide solo
spiritu apprehēditur & asseruatur: id quod pas-
sim sacra scriptura inculcat, vt ex sequentibus
intelligetur.

Quem Deus proposuit nobis placamentum
per fidem in sanguine ipsius. Rom.3.v.25.

Fide purificans corda ipsorum. Act.15.v.2.
Resurrexitis cum Christo per fidem Dei ef-
ficaciter agentis. Col.2.v.12.

Vt Christus habitet in cordibus vestris per
fidem. Ephes.3.v.17.

Et nominatim de sacramentis Paulus ait: E-
tenim per vnum spiritum nos omnes in vnum
corpus baptizati sumus: & omnes vna potionē
potauimus in vnum spiritum. 1. Cor.12.v.13.

In modo ipse Christus sui communionem & no-

Posterioris
cōclusionis
membrana
etio isto
g. sive de-
monstratur
Propositio

DE VERA COMMVN.

biscum vniōnem fidei, tanquam vni, soli, & pro
priæ causæ instrumentali tribuit Ioan. 6. Ego
sum panis ille vitæ: qui venit ad me, nequaquam
esuriet, & qui credit in me, non sitiet vñquam.
v. 35. Qui edit carnem meam (non videlicet
ore, sed fide & spiritu) & bibit meum sanguini-
nem, habet vitam æternam. vers. 54. Qui edit
meam carnem, & bibit meum sanguinem, ma-
net in me, & ego in ipso. Ergo fide sumus parti-
cipes cùm beneficiorum Christi omnium, tùm
verò verę & salutaris (nam mortiferam nullam
tradit sacra scriptura) cōmunionis corporis &
sanguinis eius: quam h̄ic mansionem sui in no-
bis & nostri in se eleganti & emphatica forma
loquendi appellat. Et h̄ec est nostra proposizio.

Allumptio. Sed vtrobiq; est promissio gratiæ; ibi verbis
expressa: h̄ic verò signis tanquam verbis visibi-
libus obsignata & confirmata.

De verbo nulla est cōtrouersia: de sacra-
mento verò quidam nobis litem intendunt contra
expressum Dei verbū: qui expresso quoq; ver-
bo Dei confutandi & conuincendi sunt.

Quotquot in Christum baptizati estis, Chri-
stum induistis. Gal. 3.

Sententia
Pauli sylio
gratice ex-
placauer.
Gal. 5. **Sententia** est: Vbi Christus induendus pro-
mittitur, ibi est promissio gratiæ. At in sacramé-
to baptismi Christus induendus promittitur.
Ergo in baptismo est promissio gratiæ.

QVI

CORPORIS CHRISTI. 45

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, seruabitur, Marc. 16. Summa est.

Vbi salus promittitur & vita æterna, ibi pro Sententia.
culdubio est promissio gratiæ. Sed fidei & legi
timæ sacramentorum communicationi salus
promittitur & vita æterna. Ergo ibi est promis-
sio gratiæ. Accipite, comedite, hoc est corpus
meum, quod pro vobis traditur: Hoc est san-
guis meus, quod pro vobis effunditur. Sen-
tentia est.

Verba Cœ
næ.

Vbi corpus Christi crucifixum, & sanguis Sententia.
eius fusus nobis promittitur, ibi nimis pro-
borum.
mittitur gratia. Sed in sacra cœna Christus cru-
cifixus, & sanguis fusus promittitur. Ergo in
cœna nihil nisi promissio gratiæ est.

Nonne poculum benedictionis, cui benedi- 1. Cor. re.
cimus communio sanguinis Christi est? Panis,
quem frangimus, nonne communio corporis
Christi est?

Sententia. Vbi cōmunio Christi, & vniō no- Sententia
strī, hoc est, fidelium promittitur & sancitetur:
verborum.
ibi proculdubio est promissio gratiæ. Sed in sa-
cra Coena nocturna illa & vniō promittitur &
sancitetur. Ergo in S. cœna est promissio gratiæ.

Vnde recte inferimus, nos in verbo & sacra Cōplexio.
mentis vnius eiusdemq; rei, uno eodemq; mo-
do & instrumento, videlicet fide & spiritu par-
ticipes fieri: id quod nobis demonstrandū erat.

DE VERA COMMUN. FORMA VNIONIS.

Forma unio-
nis ex Cy-
rillo pro-
positus.

Aphorismus. Nos omnes vnum sumus habi-
tudine atq; affectu: vnum pietatis consensu: v-
num S. Christi carnis communione: vnum v-
nius spiritus participatione. Cyril,in Ioan.lib.
II.cap 26 sub finem.

Propositio

Demonstratio. Per quod res id est, quod est,
& quo à cæteris rebus distinguitur: id recte di-
citur forma rei.

Assumptio.

Sed esse vnu cum Deo & Christo habitudi-
ne & affectu: esse vnu inter nos & cum Christo
pietatis consensu: esse vnum sancte carnis Chri-
sti participatione, facit vunionem seu *κοινωνίας*
spiritualem, id quod est, eamq; à cæteris *κοινω-*
νίαις discernit.

Cōplexio.

Ergo id forma est nostræ vunionis.

PROPOSITIO.

Propositio
cōfirmatur
axiomate
logico.

Propositio ut firma, ita quoq; omnibus, qui
aliqua literatura tincti sunt, nota & perspicua
est. Nam cui tribuitur definitio, cui competit
proprium alicuius rei adiunctum & officium:
eidem quoq; definitum, atque adeo ipsam rem
tribui & competere quiuis intelligit. Nam ea
cum re, cui tribuuntur & cui insunt converton-
tur: quia ei soli & semper adhærent. Sed nolo
in re ipsa luce clariore illustranda operam per-
dere: ne τῷ ἀλίῳ φῶς διψεῖθαι velle videar.

ASSUMPTVM.

Caterum præstat singula assumpti capita de
inceps examinare: ex ipso Cyrillo declarare: te-
stimonijs deniq; S. C. comprobare: ne aliquid
atq; exp̄p̄s, quod impium & temerariū esse
ducimus, affirmare & mundo obtrudere velie
videamur: atq; vt aduersarijs omnem & calum-
niandi & contradicendi aniam præcidamus.

Assumpti
singula mē-
bra quomo-
do explicā-
da & con-
firmanda.

. I FORMÆ MEMBRVM.

Primum membrum est, Vnum habitudine, at-
que affectu. His verbis docet Cyrillus, quomo-
no cum Deo, hoc est, cum Deo patre, Filio, &
Spiritu sancto vnū siamus: habitudine, inquit,
atq; affectu, id est, imitatione & similitudine, nō
autem identitate substantiæ. Atq; banc Cyrilli
mentem esse ex precedentibus colligitur. Quis
igitur, ait, est iste petitionis modus? Ut vnum
sint (videlicet fideles) sicut tu Pater in me, &
ego in te, vt & ipsi vnum in nobis sint. Char-
tatis ergo, pacis, & concordiæ vinculum petit: Vnionis
vinculum
quod credētes ad tantam spiritalem vunionem,
vt naturalis consubstantialisq; in Patre, Filio,
& Spiritu sancto, vunionis similitudinem imite-
tur. Nec tamen huius charitatis virtus atq; con-
nexus vñquam efficere poterit, vt in commu-
tabiliter in identitate substantiæ vñiamur, vt
modum vnitatis divinæ assediti videamur. Il-

Membris
primi sensi
tentia.

Cyrillusex
Cyrillo ex
pliatur.

Vnionis
vinculum

Vnionis no
stræ modus

DE VERA COMMUN.

Ratio.

la enim cum naturalis & vera sit in substantiatione inspicitur: hæc verò unitatis habitum imitatur. Quomodo enim veritati primitius per imitationem nos adequabimur? Non enim idem est veritas ac veritatis imitatione: sed quamvis proportione atque similitudine æqualitatem habere videantur, distantiam tamen ingentibus differentijs.

Summa mē
biorum Cy
rilli & Scu
pus.

Mens igitur & sententia hæc est. Simile nostra est idem. Nos autem similitudine quadam, & imitatione, habituue dicimur unum fieri cum Deo. Ergo non essentia seu substantia identitate: sed tantum respectu charitatis, qua nos in vicem & Deū complectimur, & qua viciissim Deus nos prosequitur, unum sumus.

Ergo ex his liquet unionem de qua nos loquimur esse merè spiritualem, hoc est, Spiritus sancti vinculo, quod sunt varia eius dona, copulari.

Primum
membrum
confirmari
scra scri
ptura.

Atque hæc de sensu verborum Cyrilli sufficientiam, quod antea recepimus, hoc primum membrum sacris literis niti & confirmari ostendemus.

Ioan. 14. v. 23. Si quis diligit me, sermonem meum seruat: & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Ioan. 15. v. 9. & 10. Sicut dilexit me Pater, ita & ego

& ego dilexi vos: manete in charitate illa mea,
Si mandata mea seruaueritis, manebitis in cha-
ritate mea: sicut & ego patris mei mandata ser-
uavi, & maneo in eius charitate.

Ioan.17.ver.23. Ego in eis & tu in me, ut sint
perfecti in vnu, & ut cognoscat mundus, quod
misisti me, & dilexisti eos, sicut me dilexisti.

Item vers. 26. Et notum feci eis nomen tu-
um, & notum faciam: ut charitas, qua dilexisti
me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Ergo vides & intelligis, pie lector, vnuionem Conclusio.
nostrum cum Deo non constare corporum qua-
dam μεταμορφώσει, aut mixtione, aut συνα-
φείᾳ, sed mutua charitate, qua Deus nos, &
nos vicissim Deum proximumque prosequi-
mur & complectimur.

ALTERVM MEMBRVM.

Alterum formæ membrum est: Vnum pie- Alterius
tatis consensu. Alterum membrum ad homi- membris
nes fideles attinet. Nam illi neque cum Deo, summa,
neq; cum corpore Christi vnum fieri possunt, Ratio.
nisi simul ipsi quoque in membra vnius corpo-
ris coalescant. Nam quemadmodum membra similes.
cum capite coniungi non possunt, nisi legitimi-
mè inter se disponantur & coagmententur: ita
quoque fideles, mystici corporis membra mul-
ta, capiti Christo nō possunt aggregari, nisi si-

DE VERA COMMVN.

mul inter se mutua dilectione & fide copulentur.

Vnde fide.
Num nō est
corporalis.

Consiliū in
animorum
piorum pio
consensu.
Probatur
Cyrillo.

Ephes. 3:

Docet autē Cyrillus luculenter, in quo ista coniunctio seu vnio consistat & cernatur, non videlicet in identitate absoluta corporum nostrorum & animarum, nec alterius in alterum conuersione, nec aliqua corporali mixtione, nec externo contactu, nec vnius corporis in altero existentia: sed in mutuo affectu charitatis, animarumque & corporum ad seruanda mandata Dei consensu atque conspiratione. Et hoc est quod Cyrillus eodem capite scribit. Cum Christas per substantiam, quam cum patre habet, unitatem, quam ad imaginem cordis consensusq; animorum in se gerit: modo simili voluit nos quoque inter nos consubstantialis virtute trinitatis (quantum nostrae naturae licet) vniiri: ut duorum populorum ad vnum perfectum in Christo populum concursu atque conuento vaum totius ecclesiae corporis intelligatur. Ipse namq; pax nostra est, vt ait Paulus, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriq; soluens inimicos in carne sua, legem mandatorum suorum decretis evacuans, duos conuertat in semetipso, in vnum nouum hominem faciens pacem, ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso: quod iam

iam consummatum est.

Credentes enim in Christum unam animum, consensu pietatis & credendi obedientia, possident.

Hactenus Cyrus. Ex quibus recte colligi. Sententia
mus nostram inter nos unionem solas animas verborum
fideles earumque; Deo seruendi, eiusque mandata
tis parandi consensum concernere. Valeat igitur hic omnis imaginatio corporalis, physica,
& localis.

Quod vero hoc loco Cyrus, id quoque pas. Alterum
sim docent & inculcant sacrae literae: quod paucis
eis testimonij in medium productis planum membrum
faciemus. confirmatum ex sacris scriptis.

Ephes. 4. v. 1. 2. 3. Precor itaque vos, ut ambuletis ita ut dignum est vocatione, qua vocati es. Cum omni modestia ac mansuetudine cum animi lenitate, tolerantes alij alios per charitatem. Studentes seruare Spiritus unitatem per vinculum pacis.

I. Corint. I. vers. 10. Precor autem vos fratres per nomē Domini nostri Iesu Christi, ut idem loquamini omnes, & non sint inter vos dissidia, sed sitis coagmentati, eadem mente & sententia. Paclum autem hic loqui de vera fidelium inter se unione & communione, quam in Christo habent, patet ex v. 12. in quo Paulus in hanc vehementem interrogationē erupit.

DE VERA COMMUN.

Num disperitus est Christus? num Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomen Pauli baptizati estis. Sensus est. Quemadmodum Christus, qui pro vobis crucifixus est, cui non mina vestra in sacro lauacro dedistis, non potest diuidi: ita quoque vos vnum esse oportet: non quidem contactu aut mixtione corporum: sed eadem mente & sententia, ut loquitur Paulus, seu pietatis consensu, ut inquit Cyrillus.

TERTIVM MEMBRVM.

Tertium membrum continet alterum membra subiectum nostrorum unionis complectitur, videlicet carnem Christi: & dilucidè ostendit, quomodo cum ea tanquam cum capite & inter nos quoque membra unius corporis sumus.

Deabus de causis unius cum Christo dicimus. 1. Ratione assumptionis naturae humanae. Cyrillus.

Notandum itaque ante omnia nos Christo, ex Cyrilli sententia, duobus modis cum Christi corpore vnum dici. 1. Quia nostram carnem in utero virginis assumpsit, ut nos à Deo dissociantes cum eo in gratiam reconciliaret. Hinc illud Cyrilli, Ex Dei patris substantia vniuersitatem prodiens, & totum in sua natura genitorē possidens, caro factus secundum scripturā est, seq; ipsum nostrae naturae ineffabiliter coniungit, atq; vniuit. Atq;

CORPORIS CHRISTI. 47

Atque hæc Cyrilli sententia ex S. Scriptura Cyrilli sententia ex S. Scriptura confirmatur, atq; idcirco tanquam pia & orthodoxa recipitur.

Ioan.1.vers.14. Et sermo caro factus est, & commoratus est inter nos.

Rom.1. vers.3. De filio suo, facto ex semine David secundum carnem.

Rom. 8.v.5. Quoru sunt patres, & ij ex quibus Christus, quod ad carnem attinet, qui est supra omnes, Deus laudandus in secula.

Philip.2.v. 7. Sed ipse se exinanivit forma servi assumpta (hoc est natura humana) similis hominibus factus.

I.Ioan.4.v.2.& 3. Quicunq; Spiritus confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est. At quicunque Spiritus non confitetur Iesum Christum in carne venisse , ex Deo non est.

Sed nolo plura testimonia afferre : ne extra Appendix oleas euagari videar : quippe cum nobis propositum non sit, de hac vniione, quam aliter Cy rillus naturalē vocat, hoc loco disputare. Hæc autem idcirco attulimus, vt ostenderemus Cy rillum nihil diuersi aut alieni à verbo Dei do cere.

Deinde itaque (vt eò se referat oratio vnde digressa est) vnum dicimur cum Christo & in Deinde unū sumus Christo carnis uiificæ participatione. ter nos: quia viuificæ eius carnis participes si

DE VERA COMMUN.

mus: quæ participatio efficit ut non vnum na-
turale, sed spirituale inter nos & cum capite
Christo reddamur: de qua vnione maxima est
inter nos & aduersarios contiouersia: modus
igitur eius & forma diligenter atendatur.

Visitans sub
dictum cor-
poralem
dus spiritua-
lis.
Cyrillus igitur, quamvis obiectum, quod v-
nitur, corporeum sit, corpora videlicet nostra
& corpus Christi, tamen modum vnionis ter-
spiritualem facit, atq; corporeum nullū agno-
scit: id quod ex sequētibus eius testimonij faci-
le iudicabitur: modo e quā iudiciū adhibetur.

Vt igitur, inquit Cyrus, inter nos & Deū
singulos vniaret, quamvis corpore simul & ani-
ma distemus, modum tamen adinuenit, con-
filio patris & sapientiae suæ congruentem.

NOTA. Hoc loco fige pedem, pie lector, & perpen-
de, nos & animis & corporibus distantes, hoc
est, locorum & temporum interuallis seiu-
nos vna cum capite Christo, & inter nos vnu
corpus fieri. Neque enim temporum, neque
locorum inter capedines hanc vniōnem impo-
dire, aut dissoluere possunt,

Inter uia
torum et
temporum
non solum
vniōnem.
Nam quemadmodum ij, qui remotissimi
terris à nobis habitant, & ij, qui ante multos an-
nos pè in Domino diem suum obierunt, non
minus nobiscum vnum corpus in Christo, ca-
pite nostro sunt, quam ij qui easdem regiones,
quas nos incolimus, qui nobiscum coniunctil-
simè vivunt: Ita quoq; quamvis peregrè à Do-

mino absimus. 2. Cor. 5. quamuis Christus corpore suo profectus sit in coelum. 1. Pet. 3. v. 22. Act. 3. v. 11. quamuis oporteat Christum ἀρνηθαι, hoc est, ὅπερ εἰπεν οὐχ θύματι, inter prete Nazian. vsq; ad tempora restitutionis omnium: tamē omnes credētes, cum eo verē & spiritualiter vnitū sunt, nō secus ac si corpore suo nobis adhuc in terris p̄sto esset ipso actu primo. Præterea veteres, qui inde ab initio mūdi in Christū crediderunt, non minus vnu cū eo fuerunt, quā Apostoli, qui ipsum oculis corporis viderent, & manibus contrectarunt, & nos omnes, & qui post nos futuri sunt. Nam aliquin salutē adipisci nullo modo potuissent. Extra Christi quandoquidem communionem nemini salus & vita æterna obtigit.

Firmiter igitur & constanter credamus, Patres in veteri Testamento eandem escam spiritualem manducasse, & eundē potum spiritualem bibisse: qui est Christus illis incarnandus, nobis incarnatus. 1. Cor. 10. Iesum Christū eundem heri, hodie, & in secula. Heb. 13. v. 8. Agnum Dei, qui est Iesus Christus Θεός θρωπος, manifestum esse ab origine mundi. Apocal. 13. v. 8. Fidem esse τιστόσασιν, id est, quæ sifstat nobis subsistencias rerum, quæ sperantur: & ἐλεγχον, id est, quæ demonstrat & quasi oculis subijcias ἡ μὴ βλέπομενων, res, quæ non videa-

DE VERÀ COMMVN.

tur. Ergo ad vñionem nostram nostrorum & corporis Christi in eodem loco situm, seu existentiam non requiri, manifestum est.

Sed redeo ad Cyrillum, qui superioribus addit:

Suò enim corpore credentes, per communionem mysticam benedicens, & secum & inter nos, vnum nos corpus efficit.

Verba Cyrilli videntur deducta esse ex I Corin. cap. 10. Poculum, cui benedicimus nonne xolwvias sanguinis Christi est? In verbis autem tam Pauli quam Cyrilli aliquot capita, quæ nobis nostram vñionem graphicè describunt, obseruabimus.

Vñio s. d.
de sola.

Quod igitur ait Paulus, Cui benedicimus, hoc est, quod ritu à Christo tradito, & vera fide, vnde benedictio & gratiarum actio proficiunt, in sacra cœna accipimus & usurpamus: hoc Cyrill. uno vocabulo, credentiū exprimit. Ex qua collatione tale argumentū extruimus.

Propositio.

Si soli credentes in sacra cœna fiunt vnum corpus cum Christo & inter se: tum ἀριτίπη πήτως sequitur, sola fide percipi corpus Christi. Nam alioquin non minus fide carentes, quæa instructi acciperent.

Assumptio.

Sed soli credentes vnum cum Christo & inter se corpus fiunt. Patet ex testimonio Cyril. qui

CORPORIS CHRISTI. 49

li, qui ait, Christum credentes secum & inter se
vnum corpus efficere: patet ex sententia Pauli
πολῶν ἀνταγόρων qdi ait; benedicen-
tes esse participes illius *κοινωνίας*; ex tota sacra
Scriptura, quæ impios à communione Christi
excludit, ac eam solis credentibus propriam
dicat.

Ergo corpus Christi sola fide accipitur.

2. Quod Paulus appellat *κοινωνίαν* corpo-
ris Christi: id Cyrilus communionem mysti-
cam à Domino benedictam menti Paulinæ con-
grueriter appellat. Vnde tale argumentum ad
formam unionis declarandam confidimus.

Si *κοινωνία* seu communio est mystica & à
Domino benedicta, tum ad solos, qui myste-
rijs iniciati sunt, & à Domino benedicti, perti-
net, ac per consequens ab ijs tantum percipitur.

At communio ista non est externa & corpo-
rea, sed mystica & interna, est benedicta, id est, Assumpcio
vitam & benedictionem operans, non male-
dicta, id est exitium afferens.

Ergo ad solos mysterijs initiatos ad solos be-
nedictos seu fideles pertinet, & ab ijs tantum
percipitur. Qui verò straminei & lutei Achil-
les hisce adamantinis armis opponantur in s.
parte dicetur.

3. Quod inquit Paulus: Vnus panis, vnum

G

Cōplexio.
*Communio
& benedi-
ctio mysti-
ca idem.*

Propositio.

Assumptio

DE VERA COMMVN.

Vt eſi Chriſtus corpus multi ſumus: nam omnes vniuſus panis
ſto, traſideſſe ſumus particeps: id Cyriſlus hiſce verbis enan-
tiaſes inter ſe uniuia ſunt. ciar, Et inter nos vnum nos corpus efficit.

Hinc tale argumentum exiſtit.

Propoſitio. Quemadmodum ſe habent fideles inter ſe,
quò ad vniōnis modūm: eodem modo ſe ha-
bent ad Christum caput ſuum.

Aſſumptio. Sed fideles inter ſe non ſunt, niſi corpus Spi-
rituale.

Cōplexio. Ergo cum Christo non niſi Spiritualiter v-
niuntur.

Cyriſl. con- Non ab re quoque facere videbimur, ſi ea
tinuat mo- persequamur, que Cyriſlus de noſtra xοινωνίᾳ
dum noſtre unionis. id eſt, de vniōne, qua in Christo & per Chri-
ſtum in vnum corpus euadimus, copiosius diſ-
ſerit: nam ex ea clarissimè quoque forma no-
ſtre vniōnis cum Christo perſpicitur & cognō-
ſetur.

Quis enim eos, qui vniuſus ſancti corporis v-
niōne in Christo vno vnitati ſunt, ab hac vniōne
naturali alienos putabit? Nam ſi omnes vnum
panem manducamus, vnum omnes corpus ef-
ficiimur: diuidi enim atque ſeiungi Christus
non patitur.

Tententia His verbis probat Cyriſlus, nos vnum
uerborum. corpus eſſe, & nititur ratione Pauli: quia om-
nes vnum panem manducamus. Ac ne quis
objiciat: Sæpe tamen fieri, ut multi vnum pa-
nem

CORPORIS CHRISTI.

50

nem manducent, vnum verò corpus non fieri, sed diuisa corpora manere, subiicit Cyrilus: Christus enim, qui panis iste est, quem manducamus, non patitur se diuidi: ac vi consequentiae non nisi ab uno corpore manducari, & vnum corpus pascere potest. Hæc eadem ratio est apud Paulum i. Corinthior. 1.
μανιτεραιος Χριστος; id est, Num diuisus est Christus? quasi diceret: μη γεροτε, absit, mi-
nime.

Ergo ex hac Pauli & Cyrilli sententia oralis & impiorum manducatio ruit: siquidem ea Christus diuiditur.

In sequentibus Cyrus docet, cuius nam corpus efficiamur. Idecirco etiam ecclesia corpus Christi facta est, & nos singuli membra Christi secundum Paulum. Vni enim Christo per corpus suum coniuncti, quoniam in nobis illum, qui est indiuisibilis accepimus, ipsi potius quam nobis membra nostra acceptimmo dantur.

Postea ostendit, quid Christus in illo corpore sit, quid verò ecclesia, siue homines fideles. Quod autem ecclesia corpus à singulis hominibus tanquam membris compositum, salvator verò caput sit, Paulus ostendit, dicens: Ut iam non simus paruuli fluctuantes, nec circumse- ramur omni vento doctrinæ, in nequitia ho-

Christus est
put fideles
membra.

G a

DE VERA COMMVN.

minum, in astutia ad circumuentionem erroris : veritatem autem sequentes, in charitate crescimus cum illo, per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membra, argumentum corporis facit in ædificationem sui in charitatem.

Elegans profecto & iucunda Cyrilli, seu potius Pauli, quæ Cyrus imitatur, nostræ cum Christo unionis descriptio ex causis, quibus nos tanquam membra Christo capiti agglutinamur. Numerantur autem potissimum hæc: Constat & immotus veræ doctrinæ assensus, qui nihil aliud est, quam fides: veterotorum & deceptorum fuga, quæ ex fide illa sequitur: veritatis studium:charitas gemina erga Deum & erga proximum: Christi capititis operatio & inseparabila, qua membra vegetantur & conservantur. His, inquam, vinculis Christo capitulo nostro iungimur, non autem siue crassa, siue subtili, siue supernaturali, siue Capernaiticæ oris corporei manducazione: neque corporis Christi in nostris corporibus ubiquitaria existentia: quam sacra Scriptura ignorat, quam fides respuit, quam catholica Ecclesia damnat.

Postremò Cyrus rursus disputat de subiecto

Causa no-
stræ cum
Christo u-
nionis.

Materia u-
nionis.

CORPORIS CHRISTI. 51

iecto seu materia vniōnis, quæ est partim Christi, partim nostra caro. Quod autem, ait, corporalis hæc vnio ad Christum participatione carnis eius acquiritur ipse rursus Paulus de mysterio pietatis differens ostendit.

Ephes. 5.
uer. 5. &c.

Quod alijs, inquit, æstatibus non est agnatum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est Apostolis eius & prophetis in Spiritu, esse gentes coheredes & concorpores, & consortes promissionis in Christo. Si autem omnes inter nos in Christo vnum sumus corpus, nec inter nos solùm, verum etiam cum eo, qui per carnem suam ad nos transiuit: quomodo vniuersi & inter nos & in Christo vnum non erimus?

Cyrillus paulò ante vniōnem nostræ carnis & cum carne Christi naturale appellavit, hoc verò loco corporalem nominat, ab obiecto cui vnimur, quod est corpus Christi, verum scilicet corpus & nobis naturale, seu nobiscum vnum natura, non autem à modo vniōnis, qui totus spiritualis est, qui totus in fide consistit: id quod patet ex loco Pauli, quo Cyrillus vniō nem, quam non modò spiritualem, id est, Sp̄itu Christi & nostro constantem, sed etiam corporalem & naturalem vocat, probare conatur.

Nam primò Paulus ab ea excludit & rejicit

DE VERA COMMVN.

incredulos & filios hominum. Deinde eam definit promissione Euangeli, reuelatione Spiritus, fide in Christum, confirmatione interioris hominis per Spiritum, habitatione Christi per fidem in cordibus nostris, charitate, cognitione rerum diuinarum.

Ergo vnio hæc rectè dicitur corporalis & carnalis ab altera parte obiecti cui vnimur: spiritualis verò ab instrumento, quo percipitur, à vinculis, quibus coit, & conseruatur, ab effetu, qui eam consequitur: id quod ex Paulo legitur. Et hoc est quartum formæ membrum,

QVINTVM MEMBRVM.

Quintum
membrum.

Quintum membrum ita habet: Vnum enim spiritus participatione. Hoc præcipuum & consideratione dignissimum membrum formæ unionis. Ex usu autem omnium priorum fore arbitramur, si Cyrilli aurea verba, quibus id enucleat & illustrat, huc apponamus.

Spirituialis
unio.

Sed de unione, inquit, corporali satis de spirituali autem eandem viam sequentes dicimus: quia Spiritu sancto recepto, & inter nos quodammodo & cum Deo vnimur.

Hic Cyrus, quod sedulò attendat prius lector, unionem spiritualem vocat, non à modo, quo

CORPORIS CHRISTI. 52

do, quo vnimur, sed ab obiecto cui vnimur: nam hic non ostendit modum, sed obiectum explanat: id quod ex sequentibus colligitur.

Nam quamvis vnicuique nostrum Patris & Hoc loco suum Spiritum Christus distribuit, in diuisibiliis tamen Spiritus est, & distributus singulis Spiritualiis ab obiecto, Spiritus in seipso vnit, & omnes quibus distributione facta est. Et sic virtus sanctissimae Christi carnis vnum corpus facit participantes: eodem arbitror pacto, in quibus indiuisibilis Dei Spiritus habitavit eos omnes ad unitatem spiritualialem conductit.

Hanc autem unionem spiritualiem Cyril, lus, more suo, luculenter luculento Pauli testi monio confirmat nobisque commendat.

Ideo rursum Paulus nobis scripsit: Supponentes inuicem in charitate, solliciti seruare Spiritus unitatem in vinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus: sicut & vocati estis in una spe vocationis vestrum. Unus Dominus, una fides, vnum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia & in omnibus nobis. Cum enim unus in nobis habitat Spiritus, unus verus & pater omnium per filium suum in nobis habitat, ad inuicem & secum sui participes Spiritus vniens.

DE VERA COMMUN.

Alia confere
matio ex
coniugatis.

Addit Cyrilus aliam quoque rationem ex coniugatis eleganter & grauiter extructam.

Nam si animalem vitam contempsimus, & legi nos spirituali subiecimus, nostri Dominū in omnibus Spiritum facientes, perspicuum est, ad aliam quasi naturam nos transformari: cum vivendi animalitatis nostræ modum fugientes, confirmationem habitantis in nobis. Spiritus mirabilem suscepimus, non solum homines, verum etiam Dei filij cœlestesq; homines participatione diuinae naturæ unum efficiet.

Ex his igitur planum esse arbitramur, vniuersitatis nostræ formam in his quinque membris a Cyrillo ex sacra Scriptura fontibus derivatis consistere: atque idcirco eam mere spiritualem esse, nullamque hic physicam vunionem locum habere.

Considera-
tio duarum
similitudi-
num, qui-
bus unio
nostra ex-
primitur in
S. Sc. illu-
stratus
formam.

Verùmenimvero cum tanti nostrum interfit, ut de hac vunionis forma quam optimè erudiatur: non inanem operam sumpturi videbitur pio & prudenti lectori, si consideremus duas similitudines, quibus S. Scriptura augmentam illam & omnibus modis admirabilem vunionem adumbrat, & contemplandam proponit. Nam in ijs omnia proponuntur, quæ nobis hactenus disputata sunt, & quæ de presenti quæstione piè grauiterque dici & cogiri possunt.

Prior

CORPORIS CHRISTI.

53

Prior igitur similitudo ducitur à vite & pa-
nitibus, atque in Euangelio Ioan. cap. 15. accu-
rare & eleganter describitur: id quod nostra a-
nalyse demonstrabimus. Ait igitur Christus.

Prior simi-
litudo à vi-
te & pa-
nitibus.

Ego sum vitis illa vera, & Pater meus agri-
cole est.

Versus huius membra duo sunt, quæ in hac
vnione probè consideranda sunt. Prius conti-
net alteram, & quidem præcipuam primamq;
subiecti seu materiæ vñionis nostræ partem,
quæ est Christus Dominus, cum omnibus suis
beneficijs cōsideratus. Et hoc est quod seipsum
appellat vitem, nec simpliciter vitem, sed addi-
to egregio & conuenienti adiuncto seu epithete-
to ἀμπελον ἀνθύη, id est, vitem veram, hos
est, vitem frugiferam, succi plenam, vivifican-
tem palmites sibi insitos. Est enim quasi mater
& nutrix palmitum, ut egregiè dicitur à Cyril-
lo lib. II. cap. 13.

Hoc idem in hunc ipsum locum probè ob-
seruauit Augustinus: Sed cum dicit, Ego sum
vitis vera, ab illa levique discernit, cui dicitur:
Quomodo conuersa es in amaritudinem vitiis
alienæ. Nam quo pacto est vitis vera, quæ ex-
pectata est, ut faceret vnam, fecit autem pinus.
Et hoc est primum membrum, de quo primo
huius disputationis capite multa dicta sunt.
Alterum complectitur causam huius vnio-

Versus hu-
ius duo mē-
bra.
z.
Alterū sub
iecta mem-
brum.
Christus us
tis vera.

G 5

DE VERA COMMUN.

**Cause nullo
nis principi-
palis.**

Cyrillus.

nis principem, quæ est Deus pater. Nam is est, qui nobis vitæ illam, videlicet Christum $\Theta\rho\pi\tau\sigma$ donauit, nosq; tanquam solers & prudens agricola, ut palmites viti inserit, & insitos colit, putat, atque frugiferos reddit. Hinc præclarè Cyrillos in hunc locum: Radicem & originem, supremam naturam omnium bonorum ostendès, charitatis visitationem, qua nos vt agricola visitat, ei attribuit.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit; & omnem, qui fert fructum purgat, ut fractum copiosiorem afferat.

**Descriptio
causa ab ef-
fectu ampli-
ficata an-
eis.**

**Membrum
excludit.
impios.**

Describitur causa principalis efficiens ab effectu, quod amplificatur & illustratur egregia antithesi seu dissimili ex subiectis & adjunctis.

Prius igitur antitheseos membrum excludit impios & infideles homines ab illa salutari & augusta communione vitis: nam isti sunt in star palmitum aridorum & sterilium: atque idcirco nullus illis locus in vite viua & feraciter linquitur. Quid igitur quæso aliud est, quam gigantum more cum Deo bellare, contendere & pertinaciter defendere in sacra Cœna vietem, id est, corpus Christi viuificum ingeri in os impurorum hominum, & ab ijs deglutiiri, vt ita condemnentur. Non enim, quia Christo inseruntur, & carnem eius intra se recipiunt, sed quia fructum non ferunt, quia à vite illa resecantur.

resecantur, quia eam sua incredulitate repudient, tolluntur, & æterno supplicio afficiuntur.

Alterum membrum complectitur alteram ^{2.}
antitheseos partem, atq; vñā alterāvnionis no-
stræ subiecti partem : quæ sunt fideles homi-
nes: quos Deus pater purgat, sanctificat, & ad
omne opus bonum tæleisq; seu idoneos & per-
fectos efficit. Hoc enim est vnicum & perse-
tuum illius vnonis effectum.

Manere in me, & ego in vobis : sicut pal-
mes non potest ferre fructum à semetipso : ni-
si manserit in vite : ita nec vos nisi in me man-
seritis.

Exponit vnonis formam, quæ est Christi in vnonis
nobis & nostri in Christo mansio. Constat e-
nim ista vnio perpetua relatione: quod docent
etiam alia sacræ scripturæ loca. Ioan. 6. ver. 56.
Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguin-
em, in me manet: & ego in ipso. Ioan. 17. vers.
26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum
faciam: ut charitas, qua dilexisti me, sit in eis, &
ego in eis.

Hinc præclarè Augustinus in Ioan. Tractat. Augu-
stini
26. Hoc ergo est manducare illam escam, & illū
bibere poculum, in Christo manere & illum in-
se manentem habere.

Membrum
continet &
debet,

DE VERA COMMUN.

Forma de-
claratur ab
effectu.

Addit autem Euangelista ad formam illam declarandam rationem ab effectu, quem illustrat similitudine: ostendens unionis huius & *xoīorwīas* effectum esse fructum spiritus & spiritus dei: quem palmites viti insiti proferunt. Et hoc est, quod Cyrillus in hunc locum commentatur: Christus est, qui nos per gratiam spiritus, quasi per aquam irrigat & nutrit, ut possimus facile pietatis edere fructus.

Cyrillus.
August.

Hanc formam optimè omnium ex sacris litteris obseruauit & expressit Augustinus in Ioan. Tractatu 81. Non eo modo illi in ipso, sicut ille in ipsis. Vtrumque autem prodest non ipsi, sed illis: ita quippe in vite sunt palmites, ut viti non conferant, sed inde accipient, unde viuant: vero vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non accipiat ab eis.

Ego sum vitis, vos palmites: is qui manet in me, & in quo ego, hic fert fructum multum: nam absq; me nihil potestis facere.

Versus mē-
bra tria.

Tria sunt in hoc versu, de quibus Christus antea quoq; egit, & hoc loco illustrandi & amplificandi causa in unum fasciculum colligit, & denuo nobis consideranda proponit.

Materiū-
nōnis.

1. Est diuisio materiæ, ex qua unio ista con-
ficitur: ubi utriusque parti suum proprium mu-
nus & officium assignatur. Christus igitur est
vitis à qua succus & humor vitalis in palmitis
derius.

CORPORIS CHRISTI. 55

derivatur & dimanat. Vnde **Cyrillus.**
de causa vitæ appellasse manifestè ostendit,
utque oculis hoc exemplo cerneremus, manen-
tes in eort palmites ex vite humore tracto spi-
ritalem posse fructum afferre. Fideles deinde
homines sunt palmites, qui **ex vite vigorem su-**
am & vitam accipiunt.

2. Est repetitio formæ, quæ ut dixi, constat
& intelligitur mutuo respectu mansionis Chri-
sti in fidelibus, & vicissim mansionis fidelium
in Christo: hoc tamē discrimine seruato, quod
Augustinus in superioribus obseruandum ac-
curatè docuit.

3. Est repetitio effectus: qui est fructus co-
piolus spiritus videlicet, fidei, & vitæ æternæ.
Hunc verò commendat antithesi, qua illius fru-
ctus veram causam exponit.

Nisi quis in me manserit, ejectus extra, sta-
tim ut palmes arescat: deinde coguntur isti, &
in ignem abiiciuntur, & ardent.

Si manseritis in me, & verba mea in vo-
bis manserint, quicquid volueritis petite, &
sicut vobis.

Christus Dominus multis est in explican-
da forma & effectu huius unionis: ut nimirum
nos, quorum saluti optimè consultum vult, &
quorum languorem & tarditatem res diuinæ
cognoscendi & amplectendi non ignorat, ad

z.
Repetitio
formæ.

z.
Repetitio
effectus.

Formæ re-
petitio.

DE VERA COMMUN.

industriam & assiduam cogitationem de ista
voione, utpote in qua omnis nostra salus sita
est, exalcat & inflammet. Amplificat autem
hoc loco & declarat formam & effectum eius
graui & illustri antithesi: in cuius priore par-
te exponit nobis conditionem & sortem, quo
manet omnes eos, qui in vite ista non manent,
qui sua impietate eam repudiant. Nam iij extra
vineam exturbantur, arescant, atque æternos
gni traduntur: tantum abest, ut impuro suo
& foetido ore purissimam hanc & flagrantissi-
mam vitem deglutiant.

Alterum
membrum.

In altera antitheseos parte describit statum
& conditionem eorum, qui in vite illa manent,
iij enim omnium istorum, quæ à Deo patre ha-
gitabunt, compotes sient, siquidem ad eorum
salutem faciat.

Vinculum
unionis.

Cyrius.

Notandum præterea in hoc membro vincu-
culum, quo Christus nobis, & nos Christo an-
nectimur, videlicet verbū Dei, eiusq; custodia
& obseruatio. Placet nobis & merito placet il-
lad Cyrilli: Radicem supernæ benevolètiz, af-
firmamentum esse ait, si spirituale depositū E-
uangelicæ disciplinæ dogmata obseruarint.

Vltimus &
supremus
unionis fi-
nis.

In hoc glorificatus est Pater, ut fructum mul-
tum afferatis: & fietis mei discipuli.

Vltimus & supremus finis nostræ vñionis,
qui est gloria Dei patris, ad quam omnia, quæ
in cœlis

CORPORIS CHRISTI. 56

in celis & in terris sunt & fiunt, referēda sunt,
tanquam ad vnum & proprium scopum. Quę
autem hęc, sit gloria exponit Cyrillus: Clarifi- Cyrillos
catum autem Patrem suum esse dicit, quoniam
ineffabilis eius bonitas, atq; misericordia nota
omnibus coronam quasi glorię illi attulit. Itē,
Clarificatus igitur Pater est, proprio Filio, pro
redemptione hominum dato, quem voluit ho-
minem fieri, non ut quicquam boni sibi acqui-
rat, qui semper perfectissimus est: sed ut homi-
nes plurimum ferant fructum, & Christi effici-
antur discipuli. Huc pertinet locus Matthæi 5.
v.16. Ita splendeat lux vestra corā hominibus,
ut videant vestra bona opera, glorificantq; Pa-
cem vestrum, qui est in cœlis.

Sicut dilexit me Pater, ita & ego dilexi vos:
manete in g̃haritate illa mea.

Alterum nostræ vnionis vinculum est dile- Alterum no-
ctio mutua: primo Christi & Dei erga nos: nionis vim-
quod innuit Christus his verbis, Sicut dilexit culum.
me Pater, ita & ego dilexi vos. Deinde nostra
erga Deum & erga proximum: quod monet
Christus, cum inquit: Manete in charitate illa
mea. In charitate autem eius tum demum ma-
nemus, si & ipsum & proximum diligamus;
quod docet Ioannes in sua Canonica.

Ex his, quę ordine in verbis Christi no- Descriptio
tavimus, talem quandam nostræ vnionis ualoris,

DE VERA COMMUN.

etriayegpias & descriptionem extruere possumus. Unio seu *xorivvia* corporis Christi est, qua Christus viuisficus, instar vitiis veræ & facracis, in fidelibus à Deo patre per Spiritum sanctum sanctificatis & purgatis, vinculo verbo divini & charitatis, manet, & fideles in Christo; ut fructus ad vitam æternam & ad gloriam Dei patris proferant.

Alterum simile ducendum est à corpore humano & capite eius, atque describitur à Paulo cap. 4. ad Ephesios: in quo Paulus Ephesios & nos omnes ad mutuam dilectionem & concordiam cohortatur, argumento ducto ab unione, quæ fidelibus obtingit in Christo: quā Paulus accurate describit, & viuis, quod aiunt coloribus de pingit. Antequam vero ad Pauli verba consideranda me accingam, duo monebo, quæ vobis ad Pauli sententiam recte cognoscendam qualis faciem quandam preferent. 1. Reddam rationem huius similitudinis, & ostendam quibus de causis uno nostro cum Christo corpori humano comparetur. 2. Quibus de causis Christus caput: nos vero membra in ista comparatione nominemur.

Tres sunt causæ, cur uno corpo salvo tamen aliorum iudicio, causæ videntur ricompensatur. affterri posse.

Prima ducitur à consideratione evagynis

CORPORIS CHRISTI. 57

ſeu facultatis viuificæ. Nam quēmadmodum
in capite formantur spiritus vitales ; qui ſunt
proxima motus ſenſuſq; organa , itēm in ca-
pite ſedēni ſuam & domiciliū habent ſenſus
exteriores & interiores , vnde vita in omniā
membra di manat , eaque vegetat & conſeruat :
Ita ex uno Christo vita ſpiritualis in ſingulos
fideles , quæ ſunt eius membra , deriuatur ; quæ
conſeruantur ad vitam æternam .

Altera dicitur à conſideratione officij ;
muneris , & virtutis proprieſ singulorum mem-
brorum :

Vt enim in corpore hominis varia conſpi-
ciuntur munia , variæ virtutes & actiones mem-
brorum , quæ tamen ab una ſaltem vita cienteſur
& mouentur : ſic in corpore myſtico Christi va-
ria ſunt officia & munera , variæ virtutes & a-
ctiones : quas tamen omnes vnuſ & idem ſpiri-
tus largitur , diſpensat , mouet & gubernat .

Tertia dicitur à conſideratione dignita-
tis , qua caput & membra vtriusque diſtingu-
untur . Vt enim in corpore humano caput fu-
premam ſedem ſortitur , & tanquam rex in ar-
ce corporis collocatur ; atque idecirco omnia
in membra ſua dignitate infinitis gradibus ſupe-
rat , fontemque vitæ in ſe contineat : Ita in cor-
pore myſtico Christus ſummum & primū gra-
dum optimo iure ſibi vendicat . Natus Pater o-

2.
Dicitur à
conſidera-
tione facile-
rants uiri-
ficæ.

2.
A conſide-
ratione of-
ficiorū ſin-
gulorū mē-
brorum;

3.
A conſide-
ratione dig-
niti capi-
tis & mem-
brorum.

DE VERA COMMVN.

omnia subiecit pedibus eius, eumque constituit
caput super omnia ipsi ecclesie, ad Eph. 1.v.21.
Atq; ideo in eo est fons vite. Nam ex plenitudine
eius omnes accepimus. 1.Ioan.16. In ipso habi-
tat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Col.
2.v.9. In eo sunt omnes thesauri absconditi sa-
pientiae & cognitionis. Colos.2.v.3. Qui omnia
implet in omnibus. Eph.1.v.23.

Tres causæ
cur Christus est caput, nos vero membra simus, tres
membra di liorum iudicijs afferri posse.
1. Ad alterum quod attinet, quomodo Christus
caput nostrum, nos vero membra simus, tres
vtrinque ex sacris literis causæ videntur, saluis et
cimur.

Christus est
caput ratio- ne perfe-
ctionis. Christus igitur caput est: 1. Consideratio-
ne perfectionis: nam quia in una eademque per-
sona non solum verus homo, sed etiam verus &
naturalis Deus, idcirco donis & virtutibus insi-
nitis gradibus superat omnes ceteras creaturas,
que in celis & in terris sunt. In ipso habitat om-
nis plenitudo Deitatis corporaliter, & estis in
eo completi. Col.2.v.9. Plenus gratia ac veritate
Ioan.1.v.14. Ex plenitudine ipsius omnes han-
simus. Ioan.1. vers.16. Hic est qui baptizatus
ritu sancto. Phil.2.v.9. Tanto prestantior factus
angelis, quanto prestantius pre illis sortitus est
nomen. 1.Heb.v.4. Vnxit te Deus, Deus tuus
oleo exultationis, ultra consortes tuos.

2.
Ratione di- gni- tatis & honoris. 2. Consideratione dignitatis, honoris, mai-
statis & ordinis. Collocauit eum ad dextram
suam

CORPORIS CHRISTI 58

stiam in cœlis, longè supra omne imperium ac potestatem, & potentiam & dominium non solum in hoc seculo, verum etiam in futuro. Eph. 1.v.20.21. Cum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent omnes angeli Dei. Heb. I.v.6. At Christus ut filius prædest domini suæ, cuius domus sumus nos. Heb. 3.v.6.

3. Consideratione officij: quo regit, gubernat, viuificat, vegetat, & confirmat membra in se manentia & cum reliquis membris copulata. Ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Iohan. 14. vers. 6. Hic erat lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in mundum. Ioannis I. vers. 4.

Fideles porro membra sunt. 1. Respectu coniunctionis seu copulationis: qua fide & Spiritu sancto ipsi copulamur, atque charitate inter nos quoq; sicuti membra corporis, cohærentibus vestris. Ephes. 4. vers. 17. Si spiritus illius, qui Iesum excitauit ex mortuis, habitet in nobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem ipsius spiritum in vobis. Rom. 8.v.11. Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Sicut enim corpus vnu est & membra habet multa, omnianaverò membra corporis vnius multa cū sint,

DE VERA COMMUN.

vnum sunt corpus: ita & Christus. 1. Cor. 12. v.
12. Donec euadamus omnes in unitatem fidei,
& agnitionis filij Dei, in virum perfectum. Eo-
phel. 4. v. 13.

2. Consideratione beneficiorum: nam ab eo
regimur & vitam accipimus, atque extra illum
vitum nullam habemus, sicuti nec membra
nulla à capite.

3. Consideratione munerum & facultatum,
earumq; usu & fine. Nam ut in corpore huma-
no varia sunt membrorum officia & virtutes,
quibus totum corpus conservatur: Ita quoq; in
hoc corpore mystico, quod est ecclesia, varia
sunt dona variaq; officia & virtutes, quarū sin-
gulæ ad conseruationem totius aliquid confe-
runt. Dedit igitur ipse alios Apostolos: alios ve-
rò Prophetas: alios autem Evangelistas: alios ve-
rorò Pastores & doctores: Ad coagmentatio-
nem sanctorum, ad opus ministerij, ad ædifica-
tionem corporis Christi. Ephe. 4. v. 11. 12. Ut ne
fuerit dissidium in corpore, sed membra idem cu-
rent alia pro alijs. 1. Cor. 12. v. 25.

Transilio. His ita præmissis & obseruatis expeditiore-
rit via ad considerandam, explicandam & intel-
ligendam Pauli similitudinem: quæ sic habet.
Pecor itaq; vos, ego captiuus in Domino,
ut ambuletis ita ut dignum est vocatione, qua
vocati estis,

Cum

CORPORIS CHRISTI. 59

Com omni modestia ac mansuetudine, cum
animi lenitate, tolerates alij alios per charitatē.
Studentes seruare vnitatem spiritus per vin-
culum pacis.

Hæc est propositio cohortationis ad mutuā Propositio
cohortatio
nis Pauli. concordiam & dilectionem: quam Paulus pri-
mò amplificat à fine nostræ vocationis, qui est
ut simus sancti & perfecti, sicut Deus sanctus
& perfectus est. Deinde verò eum illustrat ex-
plicando vincula mutuæ dilectionis, & mutuæ
concordiæ: quæ sunt τα πεντοφορσύν mode-
stia, animi humilitas: ἀρπότης mansuetudo, hu-
manitas: μακεδονία animi lenitas: ac in pri-
mis πνευμα spiritus sanctus: qui superiora o-
mnia in nobis operatur. Sententia igitur est,
Amate vos inuicem.

Vnum est corpus & unus spiritus, sicut & vo-
cati estis in unam spem vocationis vestræ.

Ratio cohortationis ab unione nostra, quam Ratio es.
cohortationis
ab unione
nostra. habemus inter nos, & cum Christo capite. Pau-
lus igitur primò de ista unione, qua nos multa
mēbra vñū corpus sum⁹, disputat: atq; aliquot
capita consideratione dignissima persequitur.

i. Est subiectum seu materia vñionis, quam Subiectum
hoc loco amplificationis causa δέ χρομέτι, seu unionis.
in duo mēbra distribuit, in corpus videlicet &
spiritum. Vnū, inquit, corpus & unus spiritus.

DE VERA COMMVN.

Et hoc probat à forma & fine vocationis nostræ.
Sicut & vocati estis in unam spem vocationis
vestræ.

Simile,

Itaq; quemadmodum in homine animus &
corpus conspirant, atq; vnum fiunt, sibiq; mu-
tuas operas tradunt; item sit in hoc viro seu ho-
mine mystico: nam corpore & anima vnum est:
non multa corpora, sed vnum corpus ex mul-
tis membris constitutum: non multi spiritus, sed
vnum spiritus multis varijsq; officijs & faculta-
tibus, quæ si mutuo iuvant, auctus & ornatus.

Hoc idem docuit Paulus 1. Corinth. cap. 12.
v. 12. Etenim per vnum spiritum nos omnes in
vnum corpus baptizati sumus, & omnes vna
potione potauimus in vnum spiritu. Et hoc
est primum caput.

Vnus Dominus, vna fides, vnum baptismus.

Vnus Deus & pater omnium, qui est super
omnia, & per omnia, & in omnibus vobis.

Causæ u-
nionis.

Alterum caput est probatio superioris, atq;
complectitur causas nostræ vunionis tres.

2.
Efficiens.

1. Est efficiens principalis: Vnus, videlicet
Dominus & vnuus Deus & pater omniū. Cuius
maiestatem, potentiam, ac bonitatem egregie de-
scribit, Qui est super omnia, & per omnia, & in
omnibus nobis. Hanc eandem causam nominat
Paulus 1. Cor. 12. v. 5. & 6. Discrimina ministe-
riorum sunt, sed idem Dominus. Et discrimina
facul-

CORPORIS CHRISTI. 60

facultatum sunt, sed idem est Deus, efficiens
eas omnes in quibusuis.

2. Causa efficiens instrumentalis est fides,
qua Christum eiusq; beneficia amplectimur, ^{Causa in-}
& retinemus, ac nobis applicamus: atque hoc talis.
modo vnum corpus sumus.

3. Causa ob singnans, quæ ut duæ superio-
res, vna quoq; est, est baptismus: sub cuius no- ^{Causa ob-}
mine etiam cœna Dominica Synecdochikos
intelligitur: quod colligitur ex 1. Cor. 12. v. 12.
Omnes per vnum spiritum in vnum corpus
baptizati sumus, & omnes vnam potiem po-
tauimus in vnum spiritum.

Vbi notandum per spiritum, cuius Paulus v. **NOTA**
4. mentionem fecit, cum dixit, Vnus spiritus,
etiam intelligi Spiritum sanctum, vinculum no-
stræ unionis precipuum, quo & in vnu corpus
& in vnum spiritu coalescimus omnes: vt Pau-
lus hoc ipso loco, quæ ex epistola ad Cor. 1. pro-
tulimus, manifestè docet. Et hoc est secundu.

Sed vnicuique nostrum data est gratia pro
mensura doni Christi.

Dedit igitur ipse alios quidem Apostolos: a-
lios verò Prophetas: alios autem Euangelistas:
alios autem pastores & doctores.

Tertium caput est forma illius corporis: quæ Forma u-
nionis cons-
Paulus constituit in varijs donis Christi, & sin-
gulis singulorum membrorum muneribus & donis.
^{ficit varijs}

DE VERA COMMVN.

Simile.

functionibus. Vnde apta & concinna membra
rum inter se dispositio colligitur. Nam quem-
admodum corporis humani forma colligitur
& perspicitur ex apta membrorum coagmen-
tatione & locatione, atq; ex singulorum certis
determinatisq; virtutibus & officijs. Idem pla-
nè ysuuenit & obseruatur in hoc corpore my-
stico, vt modo monuimus.

NOTA.

Notandum autem Paulum tantum quatuor genera functionum, & quæ ad Ecclesiæ ædificationem potissimum pertinent, percense-
re: atque idcirco per Synecdochen cætera omnia sub his quatuor intelligi, & comprehendendi:
quæ cum alijs locis, tūm verò I. Corint. 12. com-
memorantur. Et alios quidem constituit Deus
in Ecclesia, primum Apostolos, deinde Prophe-
tas, tertio doctores: deinde potestates, deinde
dona sanationum, opitulationes, gubernatio-
nes, genera linguarum. Et hæc de forma cor-
poris mystici.

Ad coagmentationem sanctorum, ad opus
ministerij, ad ædificationem corporis Christi.
Donec euadamus omnes in ynitatem fidei, &
agnitionis filij Dei, in virū perfectum, ad men-
suram staturæ adulti Christi.

Vt ne simus amplius pueri, qui fluctuemus
& circumferamur, quo quis vento doctrinæ, in
hominū alea veteratoria ad insidiosè fallēdum
versutia.

Quartum membrum est finis, propter quem forma modò explicata agit, & in quem functio-
nes membrorū diriguntur: ut videlicet homi-
num opera & ministerio sancti in vnum cor-
pus non modò coalescant, sed etiam corpus il-
lud conseruetur, augeatur, atque ad perfectio-
nem suam perueniat.

Finis unio-
nis.

Amplificat autem Paulus hunc finem, eum-
que commendat suo more antithesi: qua Ephe-
sij in memoriam reuocat statum & conditio-
nem miserā, in qua versati fuerant, antequam
Christi membra efficerentur. Hæc itaque an-
tithesis paulò planior est Ephes. 2. vers. 11. 12. 13.
Præpterea mementote vos quondam gentes in
carne, qui dicebamini præputium, ab ea, quæ
vocatur circumcisio in carne, & quæ manibus
sit. Vos illo tempore fuisse absque Christo, alic
nos à Repub. Israelis, & extraneos à pactis pro-
missionis spem non habentes, & Dei expertes
in mundo. At nunc in Christo Iesu, vos, qui o-
lim eratis procul, propinqui facti estis per san-
guinem Christi.

Et hoc est primum, quo Paulus de vnione,
quam fideles inter se habent & qua vnum cor-
pus fiunt, disputauit. Pergit igitur Paulus.

Sed veritatem sestantes cum charitate, pro-
fus adolescamus in eum per omnia, qui est ca-
put, nempe Christus.

Finis ampli-
ficat anti-
thesi.

DE VERA COMMVN.

Deo nostre
unionis cau
se.

Hoc versu repetit Apostolus duas nostrae vni^onionis causas , fidem nimirum & charitatem ac simul transit ad alteram materiae nostrae vni^onionis partem, videlicet caput, quod est Christus. Cur autem & qua ratione caput nostrum sit & nominetur , iam antea explicatum est. Quamobrem prostat hoc loco considerare formam , qua nos membra capiti Christo iungimur. Eam autem hoc modo explicat Paulus.

Ex quo totum corpus congruenter coag^omentatum & compactum per omnes suppeditatas commissuras ex vi intus agente pro mensura vnius cuiusq; memtri , incrementum capiti corpori conueniens, ad sui ipsius extuctio nem per charitatem.

Capita for-
me, qua
Christo u-
nimur.

1.

2.

3.

Capita formae, quam Paulus hoc loco de scribit , breuiter annotabimus. 1. Ex capite Christo corpus mysticum congruenter & apta membroru^m dispositione coagmentatur & compingitur : non secus ac in corpore humano quoduis membrum conuenientem & suo numeri accommodum locum sortitur. 2. Corpus ita capiti adaptatum incrementum ex eo haurit sibi nutriendo & conseruando sufficiens atque conueniens : quemadmodum corpus humanum ex capite vitam vitaque conseruationem attrahit. 3. Causa efficiens & conseruans aptae illius coagationis & nutritionis , & augmen-

CORPORIS CHRISTI. 62

augmentationis à Paulo explicatur : quæ est vis intus, non foris, in corde non in ore, non corporaliter sed spiritualiter agens. 4. Finis præcedentium exponitur : qui est non destrucción, sed extructio corporis : non mors, sed vita : non iudicium, sed salus æterna. 5. Causa instrumentalis à Paulo notatur, quæ est non Sacramentum sed Spiritus sancti virtus : non os corporis, sed fides : non externus etsus, sed interna charitas erga Deum & proximum. Itaque in hac vniōne, & in hoc corpore mystico omnis corporalis σωάφεια & contactus meritò reiicitur : quippe cum sacra Scriptura nobis de eo nihil tradat.

FINIS VNIIONIS.

Aphorismus. I. Finis nostræ & cum Christo vniōnis, seu *κοινωνίας* corporis & sanguinis Christi summus est gloria Dei. Finis summus Dei gloria.

Demonstratio. Si omnia, quæ in cœlis & in terris sunt, & fiunt, si minima quæq; primò & præcipue ad gloriam Dei præpotentis referuntur, & meritò referri debent : tum enim uero sequitur, hanc quoque vniōnem, eodem modo, seu potius multò magis ad eam tanquam ad scopum dirigendam & accommodandam esse.

DE VERA COMMVN.

Sed ad gloriam Dei patris omnia illa referuntur & referri debent.

Ergo hæc quoq; vniuerso eodem modo, & quidem multò magis ad gloriam Dei primò præcipueq; referri debet: quia hoc mysterium longitude augustissimum est, & cætera omnia infinitis gradibus superat & antecellit.

CONNEXVM HYPOTHETICVM.

Connexum duobus niti
ter fundamen-
tis.

Connexum hypotheticum nititur duobus firmissimis fundamentis. Primum est: Quod de vniuerso genere affirmatur & conceditur: id quoque de qualibet eius specie affirmari & concedi necesse est.

Axiomate
Logico.

Illustratio
ab exēplo.

Axiomate
Logico.

Nam quod vniuersæ virtuti competit & tribuitur: id quoque iustitiae competere & necessariò tribui, nemo sanus est, qui ambigat. Alterum verò est: Si id inerit, quod minus inesse videtur, multò magis id inerit, quod magis inesse videtur.

Declaratio. Nam si Deus vult maxima & abiectissima quæque non alterius, sed suæ gloriæ seruire, quantò magis augusta illa & magnifica mysteria, quæ omnem sensum humanum superant, non aliò quam ad nominis sui gloriam conferri volet. Firmissima igitur est nostra connexio.

ASSVM^o

CORPORIS CHRISTI. 63
ASSUMPTVM.

Ad gloriam vero Dei tanquam ad summum & proprium terminum omnia quæ sunt, fuerunt, futura sunt, quæcumque cogitari possunt, referenda esse, cum ratione, tum sacra Scriptura probatur.

Assumpta
probatur
ratione &
testimonij
S. Scrip.

Ratio dicitur à consideratione creationis et conseruationis rerum omnium: nam Deus est causa earum sola procreans & conseruans. Genes.1. & 2. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ipse dixit, & facta sunt. Ipse mandauit, & creata sunt. Psalm.32. Ipse facit angelos suos Spiritus: Ipse fundauit terram. Psal.104. Vbi nam eras, quando fundabam terram. Job.38. Ipse dat omnibus vitam, & habilitum, & omnia.

Ratio con-
sideratione
creationis
& conse-
ruationis res-
tum.

Per ipsum vivimus, mouemur & sumus. Acto.17. Non est Deus quasi homo ut mentitur, nec vt filius hominum, vt mutetur. Dixit ergo & non faciet: locutus est & non implebit: Formans lucem & creans tenebras faciens pacem, & creans malum (videlicet peccata.) Ego Iehoua faciens omnia. Isa.45.

Manus quoq; mea fundauit terram: & destra mea palmo mensa est cœlos: voco ego eos, & astant simul. Cœli & terræ nomine propheta synecdochicōs etiam ea, quæ in ijs sunt,

DE VERA COMMUN.
comprehendit. Ergo ad Dei effectoris & consu-
seruatoris gloriam omnia ista merito referun-
tur.

Loca 8. Loca autem sacræ Scripturæ ex multis hæc
Scripturæ pauca vñsum est breuitatis studio afferre. Cœ-
li enarrant gloriam Dei, & opera manueme-
ius annunciat firmamentum. Psal. 19. Iehoua
Dominus noster, quām grande est nomē tuum
in vniuersa terra: qui posuisti gloriam tuam sū
per cœlos. Psalm. 8. Propter nomen meum lon-
gum faciam furorem meum: & propter lau-
dem meam prolongabo iram meam tibi, vt no-
succidam te. Et purificauit te, & non tanquam
argentum: elegit te in fornace afflictionis. Pro-
pter me, propter me faciam: nam quomodo est
pollutum nomen meum: gloriam quoq; me-
am alteri non dabo. Isa. 48. Omnia propter se-
metipsum condidit Dominus. Proverbior. 16.
Benedicite Domino omnia opera eius. Psalm.
103. Immola Deo laudem, & redde altissimo
vota tua. Et inuoca me in die angustiæ: eruan-
te, & honorificabis me. Psal. 50.

Huc faciunt innumera sacræ Scripturæ lo-
ea, & plurimi Psalmi, quibus partim Dei glo-
ria mirificè extollitur, partim nos ad eam se-
lebrandam excitamur.

C O M P L E X I O.

Complexio. Ergo, vt tandem concludamus, augustissi-
mum

mum hoc & summa admiratione dignum mysterium præ cæteris omnibus gloriæ Dei seruire debet. Ac ne ullus dubitandi locus relinquitur nominatim hic eius finis in factis literis exprimitur. Nam primo Paulus Ephes. 3. vbi mysterium, quo gentes cum Iudæis in Christo factæ sunt συγκληρόνομοι cohæredes, σὺσ τῶμοι concorpores, συμίτοχοι consortes promissionis hunc finem semel atque iterum nominat. Primo vers. 10. Ut nota nunc fiat per ecclesiam imperij ac potestatibus, quæ in cœlis sunt, ἡ πολυποίκιλη multiformis sapientia Dei. Deinde vers. 20. & 21. Ei verò, qui cum infinita redundantia potest omnia facere super ea, quæ petimus, aut mente concipimus, prout illa agente in nobis, sit gloria in ecclesia per Christum Iesum in omnes ætates seculi seculorum, Amen. Christus quoque eundem finem proponit Ioan. 15. versu 8. In hoc, inquit, glorificatus est pater meus, ut fructum multum adferatis: & eritis mei discipuli. Denique Christus: Christus ipse, cum cœnam suam huius uniosnis sigillum & tesseram institueret, ei hunc finem subiunxit, ut ex Euangelistis & Paulo colligitur. Hoc facite in mei recordationem. Annunciabis mortem Domini usque quo veniam.

DE VERA COMMUN.

Finis subor-
dinatus.

Aphorismus 2. Finis secundus seu subordi-
natus est hominum Iustificatio, Sanctificatio;
amor erga proximum.

Propositio: *Demonstratio.* Si nostra Iustificatio, Sancti-
ficatio, & mutuus amor seruit gloriæ Dei: tum
rectè dicitur finis subordinatus seu secundus
nostræ vñionis cum Christo & inter nos:

Assumptio. Sed antecedens est verum:

Cōplexio. Ergo consequens quoq; verum esse néces-
se est.

CONNEXVM.

Connexum
probatur
definitione
finis subor-
dinati.

Connexum hypotheticum demonstratur
ex definitione finis subordinati. Nam is est,
quem efficiens non propter ipsummet, sed pro-
pter alium superiorem expellit & sibi in agen-
do proponit. Sic autem Deus nos inter nos &
cum Christo capite vñ facit, vt iustificemur,
vt sanctificemur, vt ad dilectionem incenda-
mur: sed hunc finem spectat propter alium e-
minentiorem, videlicet suam gloriam: id quod
nobis demonstrandum erit.

ASSUMPTVM.

Assumptū
demonstra-
tur S. Scr.
Iustificatio.

Assumptum probatur testimonijs S. Scri-
pturæ.

Quo ad iustificationem attinet manifestus
est locus Pauli ad Rom. 3.v.25.26. Quem pro-
posuit ei

CORPORIS CHRISTI. 65

posuisset Deus ut esset placamentum per fidem in sanguine ipsius, ad declarandam iustitiam suam per remissionem precedentium peccatorum. Ex Dei tolerantia ad declarandam iustitiam suam præsenti tempore, ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu. i. Corin. 6. vers. 20. Nam empti pretio estis: Glorificate Deum in corpore vestro et in spiritu vestro, quæ sunt Dei. Ad Ephes. 1. Ut nos simus laudi gloriæ ipsius, qui priores sperauimus in Christum.

Quo ad sanctificationem attinet locus manifestus est ad Rom. cap. 6. Vbi Paulus multis nōs hortatur, ne peccato sed Deo viuāmus. Maximè autem illustris est locus ad Rom. 12. Précor igitur vos fratres per miserationes Dei, vt sistatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, acceptam Deo, rationalem illum cultum vestrum. Et ne configūremini seculo isti, sed transformemini per renouationem mentis vestrae ad hoc ut probetis, quæ sit voluntas Dei, bona illa, accepta, ac perfecta. Denique huc potissimum refertur admonitio Christi. Mart. 5. ver. 16. Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, glorificantque parrem vestrum, qui est in cœlis.

Quo ad dilectionem attinet, patet ex cap. 4. ad Ephes. Vbi Paulus cohortatur suos Ephes

*Sanctificatio
no.*

DE VERA COMMVN.

sios ad charitatem mutuam argumento ducto
ab vnione eorum in Christo. Ac tandem huius di-
lectionis finem facit gloriam Dei. Sed nolo in-
re manifesta diutius laborare. Ergo recte con-
cludimus iustificationem, sanctificationem, &
dilectionem fines subordinatos nostræ vni-
onis esse.

Altera de-
demonstratio
ex 8 literis.

Iustificatio.

Altera deinde demonstratio ducitur ex sa-
cris literis.

Iustificatio nominatur ad Ephes. 5. versu 27.
Ut sisteret eam sibi gloriosam ecclesiam non
habentem maculam, aut rugam, aut quicquam
eiusmodi.

Sanctifica-
tio.

Sanctificatio exprimitur ad Ephes. 2. In quo
totum ædificium congruenter coagmentatum
crescit, ut sit templum sanctum Domino: Is
quo & vos vna ædificamini, ut sitis habitacu-
lum Dei per Spiritum.

Dilectio.

Dilectio notatur 1. Corinth. 12. Ut ne sit dil-
fidium in corpore, sed membra idem curren-
tia pro alijs.

B F F E C T V S V N I O N I S.

Effectus u-
nionis est
vita.

Aphorismus. Κοινωνίας autem corporis
Christi seu vnionis nostri cum Christo effe-
ctum, vnum, solum, & proprium est, salus &
vita æterna.

Demon'

Demonstratio. Contraria contrariorum Demonstra
sunt consequentia:

At Christus omnes eos, quibus communi catur, cum quibus vnitur, à quibus percipitur, in quibus est, qui in ipso sunt, eos omnes, in quam, non nisi viuiscat.

Ergo Christus non nisi repudiatus, non Cōplexio:
nisi à quibus non manducatur, non nisi in qui
bus non est, non nisi qui in ipso non sunt, da-
mnat & mortificat.

PROPOSITIO.

Propositio firma est & clara luce naturæ, Connexum
quæ animis nostris instillavit: Contraria con-
trariorum sunt consequentia. Atque hæc regu-
la nunquam fallit, si videlicet argumenti ante-
cedens, seu prior pars constet duobus terminis
reciprocis: quales hoc loco sunt corpus Chri-
sti perceptum & viuiscatio. Item si oppositio
duorum contrariorum legitimè fiat, secun-
dum videlicet formas seu differentias, quibus
pugnant & à se dissentunt. Talis autem est op-
positio viuificationis & mortificationis vnius
eiusdemq; Christi percepti. Hæc idcirco tam
diligenter moneo: quia me non latet plures es-
se Theologos huiusmodi fundamenta, quia
Ethnicis quoq; cognita fuerunt, tanquam so-
phistica eludere & reijcere.

Quomodo
hæc regula
non fallas.

DE VERA COMMVN.
ASSVMPTVM.

*Assumptio
probatur
locis S.Sc.*

Assumptum nostrum probatur testimonio Christi Ioan. 6. Ego sum panis vivificus, qui ex cœlo descendit: si quis ederit ex hoc pane vivet in æternum. v. 51. Et ver. 50. Hic est panis ille, qui ex cœlo descendit, ut qui eo vescitur non moriatur. Et paulò post, vers. 54. Qui edit carnem meam & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego excitabo eum in ultro illo die. Item sequentibus tribus versibus. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui edit meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Sicut misit me vivens ille pater, & ego vivo per patrem: ita etiam, qui ederit me, vivet ipso quoque per me. Atque hæc est nostra, vel prius sacræ Scripturæ sententia de vera via corporis Christi: quam ex animo amplectimur & bona conscientia tuemur.

ALTERVM

ALTERVM DISPV-
TATIONIS CAPVT, QVOD
*est Elenchus sophismatum
 aduersariorum.*

GActenus ex sacris literis vnionis no Transicio:
 stræ cum Christo, seu κοινωνίας cor
 poris Christi, causas internas & ex-
 ternas, & effecta, apertè, perspicue,
 & κατανόσθασινώς exposuimus & compro-
 bauimus.

Sequitur igitur ut hoc secundo capite *āva-
 nūs* aduersariorum sententiam per-
 pendamus, eorumq; sophismata, quibus veri-
 tati vim inferre conantur, solidè, & perspicue,
 exhibito instrumento Logico, refutemus.
 Haud abs re vero facturi videmur, si eandem *Methodus*
 viam, quam nobis in superiori capite propo-
 suimus sequamur: & ita in singulis capitibus
 quibus in rebus à nobia dissideant aduersarij,
 ostendamus.

DE SUBJECTO VNIONIS.

Contra primum Aphorismum, quo κοινω- Obiectio
 νίας seu vnionis subiectum fecimus Christum contra pri-
 cum suis beneficijs coniunctum & considera- m Aphor.
 tum, sic argumentantur quidam.

ELENCHVS SOPHIS.

Antecedēs. Impij manducant corpus Christi in pane
Cœnæ, sed non manducant vim & virtutem
saliuificam corporis Christi.

Consequēs. Ergo corpus Christi potest separari à vir-
tute viuifica.

Refutatores Orthodoxi consensus argu-
mentum hoc in ista sua consarcinazione pa-
sim inculcant.

Duplex falso
lacia in an-
tecedente. Ad antecedens verò eius duplex est re-
sponsio, atque ideo duplex quoque in ea fal-
lacia.

Amphibio-
logia.
Corpus
Christi
σμαρτυριον
dictum. Prior est *ἀμφιβολογία* in verbis corpo-
ris Christi : quæ aliquando apud Patres si-
gnum vel Sacramentum corporis Christi pro-
nobis crucifixi , idque metonymia in Sacra-
mentalibus locutionibus trita , & usitata si-
gnificant: qua videlicet signa accipiunt nomi-
na rerum signatarum.

Quod testatur Augustinus , Tractatu*s* 6;
in Ioannem : Sicut ergo solet loqui sacra Scri-
ptura , res significantes , tanquam illas quæ si-
gnificantur appellans , ita loquutus est Do-
minus.

Hoc igitur sensu sèpè legimus corpus
Christi in S. Cœnatam ab infidelibus quam
infidelibus lacerari, confringi, atteri, & premi
dentibus. Item, Labia nostra sanguine Christi
rubescere & colorari.

Aliquando

Aliquando verò corpus Christi propriè ^{Corpus} accipitur pro essentia siue substantia corporis ^{Christi pro} Christi. ^{pric dictū.}

Priori significatione si dicant aduersarij, Impij quod corpus Christi ore impiorum manducari, minime repugnabimus: quia illud corpus non nisi ore, &c tam ab impijs quam pijs manducatur. Deinde verò, si contendant impios ipsam corporis Christi substantiam percipere in pane & sub pane, nihilo plus agent, quam ut incurvant in errorem petiti Principij, idque triplici ratione.

Nam primò non sine causa queritur inter nos & ipsis, vtrum Christus dixerit, & senserit in pane, sub pane, & cum pane manducandum esse corpus suum: quippe cum Christus non dixerit in pane, & sub pane est corpus meum: sed hic panis est corpus meum.

Deinde controvertitur quoque, an impij accipient ore ipsum substantiale seu essentiale corpus Christi: quippe cum sacra Scriptura solam fidem, qua Christum apprehendimus & retinemus, commonstret.

Tertio in eo quoque non conuenit, quod caro Christi separatim à sua virtute viuifica possit manducari: quippe cum Christus Iohannis 6. pronunciet omnem qui suam car-

ELENCHVS SOPHIS:

nem manducet, habere vitam æternam,

Aduersario Has igitur tres sententias, quæ in contro-
rum disput- uersia posse sunt, aduersarij pro argumento
tandi ratio preposita arripiunt, atque inde adamantinam conclu-
sionem deducunt, scilicet. Probat igitur pri-
us aduersarij ex sacra Scriptura, in pane &
sub pane abscondi corpus Christi: probat
Christum sine fide apprehendi: probat de-
nique Christum manducari, & percipi sine
virtute viuifica. Quod ubi fecerint, vice-
rint.

Absurdum. Sed deducamus argumentum ad absurdum.

Propositio. Si corpus Christi accipitur ab impijs sine
effectu, sine virtute, sine efficacia viuifica, cum
sequitur corpus Christi denuo mori.

Ratio. Nam corpus spoliatum sua virtute & effi-
cacia non corpus viuum, sed stipes & cadaver
dici meretur.

Assumptio. Sed hoc est absurdum, impium, & blas-
phemum.

Cōplexio. Ergo illud quoque absurdum, impium, &
blasphemum sit necesse est.

**Regeritur
argumento.** Reatorqueamus argumentum.

Si impij accipiunt corpus sine virtute, sine
effectu, sine viuifica vi, tum sequitur impios
non verum corpus, quod tamē aduersarij nun-

quam non inculcant, accipere. Nam corpus
Christi

Christi sine propria virtute & effectu, verum corpus nullo modo dici potest.

Accorpus Christi ab impijs accipitur sine Assump^tio,
virtute, sine effectu, atque adeo sine vita. Nam
auctores centonis refutationis Orthodoxi cō- NOTIA.
sensos id vehementer urgunt infideles accipe-
re signum & rem signatam in sacramento Cœ-
pæ. sine virtute Sacramenti.

Ergo impij in Cœna corpus Christi verum Cōplexio:
ne quaquam accipiunt ex Hypothesi aduersa-
riorum.

Itaque concludamus hunc locum, & dic-
mus impios nec manducare in pane verū Chri- Correc^tio
sti corpus, nec virtutem viuificā à Christo per- ex erroris.
ceptam posse separari: atq; idcirco Christam,
cum sua viuifica vi cōsideratum subiectum seu
materiam esse nostræ vniōnis.

C O N T R A S E C U N D U M

Aphorismum.

Contra secundum Aphorismum, quo solos
fideles vnum cum Christo, & vnum inter se es-
se affirmauimus, afferunt locum Pauli priore
ad Corinth. 10. cap. Poculum benedictionis,
cui benedicimus, nonne communio sanguinis Christi est?

Obiectio prima in solid^e farragine refutatio- Obiectio 1.
nis Orthodoxi consensus, pagina 156. hæc est. ex refuta-
tione Orthodoxi cō- sensus pag.
156.

ELENCHVS SOPHIS.

Paulus ait: Omnes ex uno pane participamus;
Ergo Paulus loquitur de *xorovia* quam fi-
deles non solum inter se, sed cum infidelibus
habent.

Expositio antecedens: Paulus ait, de ijs om-
nibus, qui poculo benedicunt, hoc est, qui be-
nedictione, id est, vera pietate & fide, ex qua illi
consequuntur, cœnam Dominicam accipiunt.
Item de ijs qui panem frangunt, hoc est, qui le-
gitimum vsum à Christo sanctum & institu-
tum in Cœna administranda obseruant, atque
ei nihil addunt, nihil detrahunt: ac per conse-
quens Idololatras & impios fugiunt.

**Error & nō
consequente** Ergo negandum est consequens: *Quia er-
ror est παρὰ τὸ μὴ επόπλυον*, & plus ponitur
Ratio. in cōclusionē quam in præmissis. Paulus enim
in præmissis, de fidelibus tantum, quos suis pro-
prijs notis describit & ab infidelibus discernit,
loquitur.

Conclusio verò loquitur de ijs quoque
qui istis notis destituuntur ac, propterea supe-
rioribus istis aggregati nullo modo debent.
Itaque ut argumenti falsitas eo facilius perspi-
ciatur, deducamus ad hoc absurdum.

Absurdum. Si Paulus loquutus est de *xorovia*, quam
Propositio pij cum impijs habent, tum verò sequitur im-
pios non minus quam pijs poculo benedice-
re, hoc

re, hoc est, pia & fidelis gratiarum actione poculum illud bibere, quam pios: & panem non minus frangere, hoc est, Christi institutum obseruare, quam pios.

Sed hoc est absurdum & *ἀστερον*. Nam Assumptio infideles homines & Idololatre signis istis non Ratio. benedicunt, sed maledicunt: Christi institutum non obseruant, neque reverentur, sed pedibus conculcant, prophanant, & penitus, quantum in se est, abrogant.

Ergo corrigamus hunc errorem, & ista absurdum vitemus, statuendo Paulum de ea tatum *κοινωνίᾳ* loqui, quam fideles inter se & cum Christo capite, in cœna Dominica testantur & obsignant.

Obiectio secunda, pagina 156. refutationis Orthodoxi consensus. Obiectio 2.
pag. 156.

Paulus non facit mentionem fidei aut infidelitatis, sed simpliciter ait, omnes qui de sacra ro pane communicant, siue fideles siue infideles sint, fieri unum corpus.

Ergo Paulus loquitur non de *κοινωνίᾳ* quam soli fideles cum fidelibus, sed quam omnes, qui ad Domini Cœnam accedunt, inter se habent.

Ad antecedens quod attinet, respondetur,

Correctio
erroris.

ELENCHVM SOPHIS.

Responde-
re ad ante-
ce: lens con-
cessione &
arrasaym-
25.
Etsi Paulus præcisè non ponat nomen fidelium & infidelium: tamen, quos intelligat esse vnum corpus, colligitur ex notis, ceu proprijs adiunctis, quæ tribuit ijs, qui sunt vnum corpus: quæ, vt antea probauimus non nisi fidelibus competunt & tribui possunt,

Paralogis-
mus à dicto
secundum
quid.
Ratio.
Ergo consequens negatur: quia laborat pri-
mo Paralogismo à dicto secundum quid ad di-
ctum simpliciter, seu Ignorationis Elenchi. Nō
enim sequitur: Paulus præcisè non ponit no-
men fidelium. Ergo Paulus omnino non me-
minit fidelium.

Existentia.
Nam eodem modo possem argumentari &
colligere ex primo Ioannis, ubi prodromus
Christi, Christi tantum adiuncta propria, vide
licet quod baptizet Spiritu sancto, quod sit se-
fortior, quod sit se prior, quod sit agnus Dei tol-
lens peccata mundi, exprimit, nomen autem Chri-
sti non ponit, quod Ioannes de Christo Iesu nō
loquatur.

Duplex ra-
tio res no-
minandi.
Simplex &
directa.
Vbi notandum tam in sacris quam propheta-
nis literis duplē esse rationē, res nominan-
di & explicandi. Alia est simplex & directa, qua-
simpliciter & directe sine verborum ambage
rem aliquam suo nomine proprio insignimus
& exprimimus.

Implicita
& periphra-
sica.
Alia vero est implicita & periphrastica, qua
majoris emphaseos, aut amplificationis causā,
rem

rem vel suis proprijs notis, vel proprijs officijs,
vel proprio fine & effecto innuimus & descri-
bimus.

Itaque Paulus priori modo non facit men-
tionem fidelium, hoc est, non præcisè ponit no-
men eorum, qui in sacra Cœna in vnū corpus
coalescunt: sed posteriori tantum eos nobis de-
notat. Vnde secundo loco non incōmodē quo-
que, hoc sophisma, quo aduersarij & sibi & alijs Error & h.
imponunt ad errorem παρὰ τὸ χῆμα τῆς λέ-
ξεως retuleris.

Præterea Paulini argumenti nerui planè in Absurdum;
ciderentur, atque Paulus valde ἀλόγως & ab-
surdè colligere argueretur, si vera esset aduer-
siorum interpretatio. Nam perinde esset ac si Ratio.
diceret: Dilecti mei fugite Idolothyra & auer-
samini sacrificia infidelium. Ratio est: Quia in
sacra Cœna vnum corpus euasistis cum infide-
libus: itavt non necesse sit in eorum demū sacri-
ficijs vnum cum ijs corpus fieri. Seu vt rectius
intelligatur, Fog te Idola & Idolothyta: quia
debetis cum infidelibus vnum corpus fieri, nō
quidem in eorum sacrificijs, quæ Dijs faciunt,
sed in sacra Cœna, in qua vnā nobilcum pias
preces concipiunt, & Deum ex animo laudāt.
Quod quām absurdum, quām impium, quām
à mente Paulina alienum sit, quām ab omni

Epanor-
thous.

ELENCHVS SOPHIS.

pietate & tota sacra scriptura dissideat, non dif-
ficle est indicare ijs, qui vel à primo limine sa-
cras literas salutarunt.

Corre^{ctio}n erroris.

Ergo hunc errorem corrigamus & statua-
mus Paulum suos dilectos dehortari ab Idolo-
thyris & sacrīs quæ ab infidelibus Dijs gen-
tium immolantur, quia scilicet ipsi nō quidem
cum infidelibus, sed inter se & cum Christo
sint vnum corpus : atq; idcirco eos monere, ne
committant, vt participes fiant dæmoniorum
aut aliquid commercij habeant cum infideli-
bus. Atque profectò horrendum est auditu, &
in ipsum Deum supra modum blasphemum
dicere & docere , impios prophanosque ho-
mines in sacra Cœna non solum ore impio &
impuro sacratissimum corpus Domini intra se
recipere : sed etiam vnum corpus cum infide-
libus euadere : quippe cum tota sacra scripturz
magno studio & grauissimis comminationi-
bus ab ijs omnibus auocet , quibus videri pos-
sumus aliquid commercij cum infidelibus ha-
bere. Contra verò omnibus modis ad ea ex-
uscitent, quæ non solum nos ab ijs discernunt,
sed etiam longissimè disiungunt & distrahabunt.
Inter quæ Sacramenta à Deo nobis commen-
data, non postremum locum occupant : siqui-
dem sint σφαγίδες iustitiae , & tesseræ quibus
Christi membra esse cognoscimur, & ab omni-
bus

bus impijs distinguimur: Tantum abest ut sa-
era mēre nos cum impijs & infidelibus ynum
corpus efficiant.

Obiectio tertia. Pagina 157. refutationis Or- Obiectio 3.
thodoxi consensus. pag 157.

Paulus per mensam dæmoniorum non in-
telligit spiritualem κοινωνίας cum dæmoni-
bus, sed externam societatem in externis Ido-
lothyitis vescendis.

Ergo Paulus per mensam Domini externū
illum ysum panis sacrati, qui in mēsa Domi-
ni dispensabatur, intelligit.

Ad antecedens quod attinet, rectè respon- Petitioprī
detur, id laborare Carcinomate petiti princi- cipij.
pīj. Quis enim istis Theologis concessit aut
concedet, mensam dæmoniorum significare
tantum externam illam societatem, quam ipsi
interpretantur? An ignorantisti Orthodoxos
vnanimi voce ipsis refragari? Ergo sumptum
illorum, nisi firmo aliquo arguento sufful-
ciatur, nihil aliud est, quam fundamentum in
quam positum.

Deinde in eo est error παρὰ τὸ χῆμα τῆς Error regu-
λέγοντος: Nam κοινωνία & mensa dæmoniorum rae didicis-
non tam significat externam societatem, quæ
in externis Idolothyitis vescendis coit, quam
internam & spiritualem animorum cum dæ-

ELENCHUM SOPHIS.

monijs communionem & coniunct onem: id quod Paulus aperte docet. Nam vt vehementius urgeret Corinthis & ipsorum animos gravius feriret. Negat illos quod fortassis sibi magnabantur, tam externè cum Idolis & infidelibus, quam internè cum dæmonijs societatis participes fieri: dum ait: Idolum & Idolothytum nihil esse, sed dæmones quotum κοινωνοὶ & socij sunt, qui Idolothytis vescuntur.

Sententia
Pauli.

Sententia igitur Pauli est: Exigua sanè res & leuis momenti esset, neque magno cum periculo coniuncta, si tantum fieretis socij Idolorum, Idolothytorum & Idololatrarum: Id verò longè grauissimum est, & præsentissimum exitium affert, κοινωνοὺς socios fieri diabolos.

Error di-
mitionis.

Ratio.

Ex quibus tertius error παρεγέτης διαιρέσιος exicitur: quia hac sua interpretatione, dividere & separare conantur aduersarij ea, quæ perpetuo nexu copulata sunt, quæ perpetuo se comitantur, quæ dissoluere magis difficulter est quam Gordium nodum. Nam externus cultus Idolorum, & externa societas cum Idololatriis, semper perpetuoque coniuncta est cum animorum πάστορίᾳ, seu defectione interna ad Deo, & cum societate spirituali cum diabolo. Et hoc ita esse plurima sacrarum literarum exempla

empla & testimonia comprobant, quæ omnia
hoc loco percensere longum foret: neque res
aperta probatione indiget. Ergo quod Chri-
stus de diuitijs seu Mammone pronunciauit
Matthæi 6. versu 21. id rectè omnibus Idolo-
latis accommodari potest: Vbi thesaurus, ibi
cor vestrum.

Sed hæc quoque obiectio reducatur ad ab-
surdum, cum nihil nisi absurdū spiret. Si mensa
dæmoniorum & mensa Domini significat
tantum externam societatem, non autem illam
animorum internam & spiritualem: tum verò
sequuntur hæc duo absurdà.

Primo posse hominem Idolis atque dæ-
monibus sacra facere, ijs que cultum exter-
num præstare sine interna animi contamina-
tione, atque adeò sine salutis discrimine arque
animi iactura. Nam cuius animus manet in-
teger, & cuius spiritus non contaminiatur in-
terna diaboli communione, eum quoque nul-
lum salutis detrimentum accipere necesse est.
Sed hoc est absurdum, & è diametro pugnat,
cum dicto Christi, Nemo potest servire duo-
bus dominis. Ergo id quoque absurdum &
impium sit necessario consequitur.

Deinde. Si mensa dæmoniorum tantum
significat, externam cum infidelibus societa-
tem, tum falso Deus passim per Prophetas pa-

ELENCHVS SOPHIS.

pulo Israelitico, & omnibus omnino Idololatriis obijcit, quod animi eorum, tanquam impudentes meretrices à suo coniuge, turpissimè defecerint, atque idcirco æternum supplicium promeruerint.

Sed hoc non dictu, sed cogitatu maximè impium & omnis impietatis cumulus est.

Ergo aduersariorum doctrina talis quoquo indicetur necesse est.

Retorque-
tur argu-
mentum.
Propositio

Ratio.

Assumptio.

Cōplexio,

Correātio
erroris.

Retorqueamus quoque argumentum.
Si mensa Domini significat tantum externam, & quæ in oculos hominum incurrit actionem & ceremoniam, tum sequitur tam pios quam impios nihil nisi externa & in sensu incorrectia signa in sacra eœna accipere. Nâ modo id posset accipi, quod res externa præse non fert, neq; denotat? Sed hoc absurdum esse aduersarij libenter concedunt.

Ergo concedant quoq; necesse est suam opinionem de mensa Domini & mensa dæmoniorum absurdam esse.

Quapropter nocentissimæ huic pesti medicinam adhibeamus, &c certo statuamus mēsam dæmoniorum non solum externam in Idolothysis vescendis, societatem cum infidelibus significare, sed etiam & multo magis internam à Deo desectionem & spiritualem cum diabolis scortationem notari. Ac per consequens men-

sam

sam Domini internam & spiritualem, quam soli fideles inter se & cum Christo capite habent communionem significare.

Obiectio quarta, pag. 161. ex Orthodoxo eon Obiectio
sensus refutatione. 4 pag. 1612

Si Paulus loquitur de spirituali communione corporis Christi, qua fideles unum corpus cum Christo, tanquam capite, sunt. Sequitur omnes qui accedunt & percipiunt sacram Cœnam unum fieri cum Christo.

Sed hoc absurdum. Ergo & illud.

*Assumptio.
Complexio.
Pentur
Principiis*

Respondetur. Connexū Hypotheticum falsum est, falso fundamento nitens & petiti principij errore laborans. Nam aduersarij ex falsa hypothesi & falso postulato, quod nos nondum concessimus, ipsi verò nondum ex sacra scriptura probarunt, neque in æternum probaturi sunt, argumētantur. Pro concessso enim & confessso sumunt, impios idem manducare in cœna Dominica quod pīj. & pīos cū impijs in sacra Cœna fieri unum corpus, quod tamen hodie non solum controvētitur, sed etiam firmissimis rationibus oppugnatur, atq; ab omnibus recte sentientibus tanquā impium & blasphemum repudiatur & exploditur.

Ergo stolida illa refutatio stramineam arundinem sibi supponit, qua nec ipsa nec alij tutō & sine periculo inniti possunt.

ELENCHVS SOPHIS.

Absurdum. Deinde cum refutatio valde insolenter scribat, impios fieri membra corporis mystici, sed membra putrida, & altero demum seculo refecanda: quomodo quæso se ipsam in idem absurdum præcipitum præcipiti cursu non abripit, quo alios rapi clamitat. Nam cum impij sint in corpore mystico Christi, tanquam membra putrida, necessario sequitur, impios vnu fieri cum capite Christo: quemadmodum membra in corpore arida & corrupta, non minus cum capite vniuntur antequam amputentur, quam membra viridia & lana.

Contradictio. Præterea cum refutatio concedat, & vrgescat Paulum verba facere de κοινωνίᾳ, qua fideles vnum corpus inter se, & cū fidelibus fiant, non autem de κοινωνίᾳ qua fideles cū Christo tanquam cū capite, vnu corpus constituant ἀδιάλογη contradictione seipsam implicat. Nam concedere & vrgere fideles inter se, & cum infidelibus fieri vnum corpus, nihil aliud est quam concedere & vrgere, fideles & infideles cum Christo capite vnum fieri corpus. Fideles siquidem nulla alia ratione inter se vnum corpus sunt & dicuntur, quā in Christo capite: id quod passim in suis Epistolis docet Paulus. Itaque concedere fideles vnum fieri corpus cum infidelibus, & negare utroque fieri vnum cor-

pus cum Christo, idem est ac si quis negaret fideles inter se & cum infidelibus vnum corpus euadere, corpus siquidem non est, quod capite suo careat.

Deniq; ab omni non modò veritate, sed etiā Absurdum ratione alienum est dicere impios in sacra Cœna magis fieri vnū corpus oralī manducatione cum fidelibus, quam cum Christo; quandoquidem infideles infidieli ore non corpora fidelium, ex sententia refutationis, sed corpus Christi indigna sua & abominabili ingluvie manducat. Itaq; ex eorum sententia rectè concludimus in hunc modum. Si impij in cœna cum fidelibus, Reteque à quia de uno eodemq; externo pane, externo o- tur argu- re participant, fiunt vnum corpus, quorum ta- mentum. Prepositio men corpora non manducant: quanto magis cum Christo, cuius corpus manducant, vnum corpus sient. Hoc connexum patet ex via com- parationis.

Sed antecedens est verum, si refutacioni cre- dimus: Assumptio;

Ergo consequens multò magis verum esse Cōplexio: oportet.

Ex his omnibus apparet, refutationem alijs absurdas obiectio, infinitis scipsum irretire, ita ut expediri nullo modo possit: nisi forte tot tantosq; errores, in quibus iam multos annos versatur, reuocet & emenderet.

ELENCHVS SOPHIS:

Obiectio quinta pagina 161. refutationis Orthodoxi consensus.
Obiectio pag. 161c

Antecedens. Paulus in descriptione illius νοιωνίας nō facit mentionem Christi; sed simpliciter dicit, vnum corpus multi sumus.

Cōsequens. Ergo Paulus loquitur tantum de externa cōmunione & societate, quam fideles cum infideilibus habent.

Expositio antecedētis. Expono antecedens. Paulo Apostolo, vt Corinthios suos ab idololatrariū consortio, & idolorum sacrificijs auocaret, propositum fuit duo officia & fines cœnæ Dominicæ describere. Primo, quia sit νοιωνία, id est, cōmunionis nostræ cum Christo σφεργήσ & certissimū sigillum. Deinde quod etiam sit certissimum testimonium & symbolum communionis fidelium inter se, quæ non perspicitur & consideratur, nisi in Christo capite: qui istius yniōnis fulcrum & complementum est.

Error à dicto secundum quid. Itaq; negamus consequens: quia in eo est error à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, seu potius ab Ignoratione elenchi: quo ita colligitur: Paulus non facit mentionem Christi, dum inquit. Vnum corpus multi sumus.

Ratio. At Paulus in præcedente versu apertè significauit, cuius corporis in sacra Cœna siamus participes, & in quo nos quoq; vnum corpus siamus,

fiamus, dum ait, Poculum, cui benedicimus,
nónne $\chi\omega\omega\omega\omega\alpha$ sanguinis Christi est? Panis,
quē frangimus, nónne $\chi\omega\omega\omega\omega\alpha$ corporis Chri-
sti est? Huc accedit, quod idem Paulus alijs in
locis declarauit, in quovnum corpus fiamus, &c
cuius corpus fiamus, videlicet Christi capitis
nostrī. Ad Rom. 12. v. 4. & 5. Quemadmodum
in uno corpore multa membra habemus: mem-
bra omnia non eandem habent actionem: ita
multi vnum corpus sumus in Christo: sigilla-
tim autem alij aliorum membra. 1. Cor. 12. v. 11.
Sicut enim corpus vnum est, & membra ha-
bet multa, omnia verò membra corporis uni-
us multa cum sunt, vnum sunt corpus: & ita
Christus.

Item vers. 27. Vos autem estis corpus Chri-
sti, & membra ex parte. Item ad Ephes. 2. v. 14.
& 15. Ipse enim est pax nostra, qui vtraq; fecit
vnum, & parietis intergerini septum soluit. In i-
micitijs lege mandatorum in ritibus per car-
nem suam abolitis: vt ex duobus illis conderet
in semetipso vnum nouum hominem faciens
pacem. Et vtrōsq; in uno corpore reconciliaret
Deo per crucē, peremptis inimicijs per eam.

Itaq; fideles non aliter vnum corpus esse scri-
ptura docet, quā in Christo capite suo: ita vt nō
necessere sit semper & in omnibus locis, vbi vno

ELENCHVS SOPHIS.

*Illustratur refutatio-
nis argu-
mentum si-
gnificandi.*

nis huius mentio fit, meminisse Christi capi-
tis; quippe cum id relatione quadam perpetuo
intelligatur. Deinde autem hoc loco argumen-
tator refutatio, ut nuper quidam eius socius, In
Institutione circumcisionis præputij non sit
mentio circumcisionis cordis.

Ergo circumcisionis cordis non est res circum-
cisionis præputij significata.

Item, In Institutione agni paschalis non sit
mentio specialis gratiæ Christi.

Ergo Christus nō est res significata, agni pa-
schalis: ac per consequens agnus paschalis non
fuit sacramentum propriè dictum. Quasi verò
baptismi res significata, non sit sanguis Christi
& Spiritus sanctus, & baptismus non sit sacra-
mentum propriè dictum: quia in eius institu-
tione nec sanguinis Christi, nec Spiritus sancti
mentio fiat. Rectè igitur hæc & similia sophis-
mata reuocantur ad Ignorationē elenchi, quia
in eis deest particula ad idem & secundū idem.

*Peditio
principiis.*

Ratio.

Notandū præterea aduersiorū consequēs,
nihil nisi putidum, petiti principij sumum esse.
Nam merito dubitari potest, & dubitatur à
multis, vtrum fidelium aliqua sit vnio, præter
eam quæ est in Christo: Item vtrum aliqua sit
coniunctio & vnio fidelium cum infidelibus,
quippe cum sacra scriptura, quoad fideles, nul-
lam aliam vunionem, præter eam quæ in Chri-
sto capi-

sto capite est, commonstret: Id quod antea in-
ductione ex Paulo comprobauimus. Quoad
verò infideles, nō modo nullius fidelium cum
ipsis vniōnis & communionis mentionem fa-
ciunt sacræ literæ: sed etiam grauissimis com-
municationibus nos ab ea deterrent: id quod ex
sacris literis passim intelligitur: Ac ne longè
abeamus, quid Paulo aliud propositum est in
hac præsenti disputatione quam suos Corin-
thios ab ista communione absterre? Quid?
quod idem Paulus 2. Corinh. 6. accuratissima
antithesi, & firmissima demonstratione ostendit,
nullam omnino nec esse, nec esse debere,
nec esse posse fidelium & infidelium commu-
nionem. Ne impari iugo copulemini cum in-
fidelibus. Quod enim consortium iustitiae cum
iniustitia? Et quæ communio lucis cum tene-
bris? Et quæ concordia Christo cum Belial?
Et quæ consensio Dei cum simulachris? Eant
ergo nunc aduersarij, & Paulo respondeant
corpus Christi iustitiae & iniustitiae, tenebris
& luci, fidi cum infideli, templo Dei & si-
mulachris commune esse, & ex utrisq; vnum
corpus fieri. Hoc si fecerint cum Deo & Spi-
tu sancto bellare recte dicentur. Sin verò mi-
nus, errorem suum reuocent necessarium est.

Sed reducamus argumentum ad absurdum.
ad uāta. I. Si loquitur Paulus tantum de ^{primum.} **Propositiō;**

ELENCHVS SOPHIS.

ynione corporis, quod fideles cum infidelibus extra Christum & sine capite Christo consti-
tuunt: tum sequitur portentosum dogma, &
auditu horrendum: videlicet Paulum docuisse
& credidisse, fideles inter se & infideles non
corpus sed putidum & mortuum cadauer esse.

Ratio.

Nam corpus capite truncatum, non corpus
integrum, non viuum, non vegetum, sed trun-
cus, sed cadauer, sed monstrum emortuum, for-
tidum & abominabile est.

Assumptio. Sed consequens de Paulo cogitare non so-
lum longè absurdissimum est, sed etiam extre-
mæ dementiæ & deploratæ impietatis certissi-
mum indicium est.

Cōplexio. Ergo & antecedens de Paulo cogitare non
minoris dementiæ & impietatis est.

**Alterum ab
turdus.** 2. Si fideles, qui sunt membra Christi, vnum

Propositio. corpus sunt cum infidelibus extra Christum,
tum sequitur vnum idemque membrum due-
rum corporum sciunctorum membrum esse.

Assumptio. Sed hoc est absurdum & ad ueracor, & con-
tradicitionem implicans. Nam hæc duo si-
mul consistere non possunt, docet Paulus 1. Co-
rint. 6. his verbis, An ignoratis corpora vestra
membra esse Christi? num igitur tollens mem-
bra Christi, faciam scorti membra? absit, an i-
gnoratis eum qui agglutinatur scorto vnum
esse corpus cum scorto? sicut enim inquit, qui
duo

Ratio.

duo erant caro vna, qui vero agglutinatur Dominus unus spiritus est. Sententia est, aut eritis membra Christi spiritualia, aut membra scorti: nam nullum est tertium, & utriusque simul membra esse non potestis. Sed nolo vos esse membra scorti. Ergo volo vos esse membra Christi. Ergo illud quoque absurdum sit, & adhucatorem necesse est.

3. Si fideles cum infidelibus in Sacra cœna unum corpus fiunt, tum enim uero Sacra cœna omnibus pijs, quibus sua salus curæ est, cane peius & angue & tanquam presentissima pestis fugienda erit. Nam omnia ea, quibus cum infidelibus coniungimur, nobis, nisi in aeternum exitium incurrere videntes scientes, prudentesq; velimus fugienda esse, nemo Christianorum est qui non concedat.

At consequens manifestè falsum, & theos, & Assumptio adhucatorem est.

Ergo antecedens quoq; tale esse oportet.

Ergo tetur hunc & periculosum errorem corrigamus & dicamus, Paulum agere de communione, quam non solum inter se, sed in Christo capite habent fideles: minimè vero de ea, qua cum fidelibus unum corpus fiunt infideles, sed qua fideles ab infidelibus longissimo interuallo sciunguntur & apertissima nota discernuntur.

Sententia
uerborum
Pauli,

Tertium
absurdum &
Proposito,

Correccio
erroris,

ELENCHVS SOPHIS.

Obiectio 6 Obiectio sexta, pagina 156. Refutationis Or
pag 156. thodoxi consensus.

Antecedēs. Paulus inquit: non potestis mensæ Dæmoni
Consequēs. niorum participes fieri & mensæ Domini. Er-
go Paulus non loquitur de *κοινωνίᾳ* spiritua-
li, quām soli fideles cum fidelibus habent in
Christo.

NOTA. Aduersarij, ita illos & me Deus bene amet,
hanc obiectionem non protulissent, nisi iusto
Dei iudicio, in trāuersum acti, suo se, telo iugu-
lare deberent. Nam si quicquam est in S. Scri-
ptura quod eorum dogma de mandatione
impiorum magis impugnet & euertat, hoc ip-
so loco est. Quod nos apertissimè demonstra-
bimus.

Ratio. Verba refu- Argumentum autem refutationis de verbo
tationis. ad verbum sic habet. Idem quoq; confirmant
sequentia verba D. Pauli vbi de *κοινωνίᾳ* Ido-
lolatrici cultus loquitur, non potestis mensæ
Domini participes esse & mensæ Dæmonio-
rum. Hic enim prorsus nulla mentio sit fidei
vel incredulitatis in mensæ participatione Do-
mini, & mensæ Dæmoniorum, sed tantum cul-
tus externi, seu rerum quæ in utraque mensa
dispensantur, videlicet panis sacrati in mensa
Domini & Idolothytorū quæ in mensa Idolola-
trarum apponebantur vescenda. Ut qui ex Ido-
lothyris

Iothytis vescabantur, vnum corpus cum illis
erant quibus cum vescabantur.

Sententia aduersariorum, quantum ego qui <sup>Sententia
uerborum.</sup>
dem existimare, & alij, qui me iudicio excel-
lunt, diuinare possunt, hæc est. Paulus ait, non
potestis participes esse mensæ Domini & men-
sa Dæmoniorum. Ergo omnes, qui de mensa
Domini participant, siue sint pij siue impij, fi-
unt vnum corpus: & qui de mensa Dæmonio-
rum participant, fiunt corpus vnum cum illis,
quibus cum vescuntur.

Sed quis est tam tenui iudicio, tam rerum Error
rūdis & expers, qui in hac argumentatione nō παρά τὸν
attendant & animaduertat manifestissimum er- ζητικόν
torem παρὰ τὴ μὲν ἐπομένον: in quo conse-
quens cum antecedente ita cohæret, ut lutum
cum ferro. Nam infert conclusionem à mente
& instituto Pauli penitus abhorrentem, at quo
pro concinna & apta argumenti connexione
scopas dissolutas obtrudit. Verum in præce- Aduersarij
dentibus verbis aduersarij seipso erroris con- suis uerbis
vincunt, atq; absurdum quod hoc loco astruc- refutantur,
re conantur, optimè refutant. Quotquot de
hoc pane edimus, sumus vnum corpus, unus
panis. Ergo non auellere vos debetis ab illo
corpore & coniungere corpori Idololatrarum.
Hic apertis verbis aduersarij affirmant & do-
cent, eos qui mensæ Domini participes fiunt

ELENCHVS SOPHIS.

fieri unum corpus, ab illo vero corpore auelli,
& coniungi cum corpore Idololatrarum, quot
quot eorum sacrificijs intersint. Quidam er-
go hoc loco affirmare audent, Paulum docere,
impios cum pietatim in mensa Domini, quam
in mensa Dæmoniorum unum corpus fieri?

Absurdum. Sed deducamus argumentum ad absur-
Propositio. dum quod ex eo consequitur.

Si Paulus docuit hoc loco eos, qui partici-
pes sunt mensæ Domini, eosdem etiam parti-
cipes fieri mensæ Dæmoniorum: & qui parti-
cipes sunt mensæ Dæmoniorum, fieri etiam
participes mensæ Domini: & utroque fieri u-
num corpus utroque: tum sequitur Paulum
contradictoria de una eademque re affirmasse.
Nam non posse calicem Domini bibere & ca-
licem Dæmoniorum: & non posse mensæ Do-
mini participare & mensæ Dæmoniorum: &
posse calicem Domini bibere & calicem Dæ-
moniorum: & posse participare mensæ Domi-
ni & mensæ Dæmoniorum, perpetuo contra-
dicunt.

Deinde haec quoque pugnant unum &
eundem hominem membrum Christi esse, &
membrum Dæmoniorum.

Affumptu. Sed Paulum contradictoria de una eadem
que te affirmasse impium est dictu.
Cōplexio. Ergo & illud ex quo hoc consequitur impi-
um sit oportet.

ADVERSARIORVM. 26

*Corredit
erratis.*

Stat igitur firma fixaque antithesis Pauli-
ha: vnum eundemq; hominem numero non
posse, non posse inquam, simul & semel cali-
cem Domini bibere & calicem Dēmoniorum,
mensem Domini participem fieri & Dēmonio-
rum. Vnum corpus cum fidelibus atque a-
deo Christi fieri, & vnum cum infidelibus at-
que adeo cum Diabolo. Nam ea tam sunt *adū
vata*, vt præclarè & præclara collatione docet
Ambrosius in hunc locum, quām illa Christi *Ambroſus*
Matth. 7. ver. 24.

Vnum eundemq; hominem posse duobus
Dominis contrarijs seruire: posse vtrunq; ama-
re: posse vtriq; adhærere. *Imō tam adūvata*
sunt, quām illa, qiaꝝ Paulus tanquam *ἀπον-*
δε καὶ οὐς δέ τι πασῶν ἀλφέρωται opponit
2. Corin. 6. ver. 14. 15. 16. Ut aliquid consortij sit
iustitiae cum iniustitiae: aliquid communionis
luci cum tenebris: aliquid concordiae Christo
cum Belial: aliqua pars fideli cum infideli: ali-
qua consensio templi Dei, cum simulachris:
hæc qui conciliare student & simul stare posse
contendunt, ij reſtè hoc loco à Paulo dicun-
tur cum Corinthijs Dominum *παρὰ ζηλοὺ*
ad æmulationem prouocare atq; velle validio-
res ipso esse, vt pote qui contradictoria conci-
liare, Dēum cum diabolo coniungere, cœlum
inferno miscere tentant.

ELENCHVS SOPHIS+

Aduersarij
postrem re-
sponsu e-
ludere co-
natur para-
logismo &
dicto secun-
dum quid.

Cæterum refutatio hanc nostram respon-
sionem & explicationem, tot S. literarum testi-
monijs munitam & vallatam expugnare con-
tur, affingendo ei Paralogismum, à dicto se-
cundum quid ad dictum si impliciter, his ver-
bis. Argumentantur autē Col.. pilatores Zuin-
gliani & Caluiniani (est enim ista refutatio
infinitis huiusmodi salibus insolitis condita.)
Sophisticè à dicto secundum quid ad dictum
simpliciter, ad hunc modū: S. ne offensa Chri-
sti non potest homo professione Christianus
simul particeps esse mensæ Domini & mensæ
Dēmoniorum. Ergo omnino non potest simul
vtriusque particeps esse.

Aduersarij
sua figmen-
ta oppugnā-
tes acerim
flagellans.

Ratio.

**Petit⁹ prin-
cipium.**

At verò optimi viri, neque nos ita argu-
mentamur, neque Pauli ea sententia est, quam
vos ei affingitis: atque idcirco cum vmbbris pu-
gnatis & acerim flagellatis.

Nam primo illa vestra distinctio, seu po-
tius additio, sine offensa Christi, non nostra
sed vestra est, non ex Pauli mente desumpta,
sed vestro cerebro excogitata. Paulus siquidē
id nunquam dixit, & S. Scriptura nosquam ha-
bit, quare ô Lumina mundi petendo princi-
pium obscurū per obscurum, dubium per du-
biū, imō falsum per falsum probatis. Paulus
enim simpliciter sine vlla adiectione, sine limi-
tatione, sine vestra offensa, calicem Domini &
calicem

calicem Dæmoniorum, mensam Domini & mensam Dæmoniorum opponit, atque vnum eundemq; hominem vtriusq; participem fieri nullo modo posse pronunciat. Atq; idcirco in Corinthios ista duo cōtraria conciliare volentes, hac grauissima interrogatōne insectatur, qua eorum ànimos tanquam fulmine prosternit & percellit: Num prouocamus ad æmulationem Dominum? num validiores eo sumus? sensus est, ij qui docent & sentiunt vnum eundemq; hominē mensæ Domini & mensæ Dæmoniorum participem fieri posse ~~Deo mæxērū~~, id est, cum Deo bellum gerere conantur, ut po- te qui duo contradictoria contra decretum & veritatem diuinam conciliare volunt.

Atq; profecto summe miserandum est tan-
tos Theologos Deū cum Diabolo corpus Do-
mini cum corpore Dæmoniorū, cultū Dei &
cultum Dæmoniorum coniungere & cōmisce-
re: cum totaS. Scriptura ista duo quam longis-
simè disiūgat, atq; nullo modo simul stare pos-
se doceat, vbi corpus Domini, ibi corpus, Dia-
boli lōcū non habet: in quo homine Deus ex
eo Diabolus expellitur: in quo diabolus, in eo
Deus sua gratia non est: vbi verus Dei cultus,
ibi supersticio & religio falsa exulat: vbi super-
sticio ibi vera religio non floret. Hæc ita aperta
& firma sunt, vt nulla sophistica cludi, nulla

Nota quos
quantas
contradic-
toria cumulē-
tur ab ad-
uersarijs.

ELENCHVS S O P H I S.

distinctione obscurari, nedū expugnari pos-
sint. Sed pergit nostra refutatio: Pagina 158.
Falsum etiam est in compilatoribus, quod di-
cunt: D. Paulum negare eos, qui Ethnicorum
sacris & mensæ Dæmoniorum cōmunicant,
posse participes esse mensæ Domini. Quod
enim nō modo facere potuerint, sed etiā facta
præstiterint, id D. Paulus in illis reprehendit.

Nulla frons Cōsidera piè lector, & ob oculos propone
nulla pietas verba Pauli, & tum iudica, an isti Theologi nō
in refutatio- modo omnem frontem, sed etiam pietatē ex
anmis amiserint: quippe cum expressum &
luce ipsa meridiana clarissima Dei verbū negare
& falsum proclamare nō erubescant: vt suum
errorē tueri possint. Non potestis, inquit Pa-
lus, poculum Domini bibere, & poculum De-
moniorum: non potestis mensæ Domini par-
ticipes esse, & mensæ Dæmoniorū. Iam quis
quæso tam audax, tam insanus, tam rerum ru-
diſ qui hinc cōcludat. Ergo falsum dicit, quis
quis dicit Paulū negare, nos posse mensæ Do-
mini, & mensæ Dæmoniorū participes fieri.
Absurdum. Nam perinde esset ac si quis spiritu vertiginis
abreptus ex Christi dicto Matth. 7. colligeret,
Nemo potest seruire duobus Dominis: Ergo
falsum dicit, quicunq; dicit Christum negare
posse aliquē duobus Dominis contrarijs ser-
uire: vel ex Paulo 2. Corinth. 6. nulla concor-
dia

dia Christo cū Diabolo, nulla pars fideli cum infideli: Ergo falsum dicit, quicunq; dicit, Paulum negare esse concordia Christo cum Be-
lial, aut partem fideli cum infideli. Hæc hæc inquam, sunt illa portenta Thomistica: hic est ille spiritus vertiginis: hæc est illa deplorata impietas: hæc illa insignis impiudentia: hæc mala illa conscientia à furijs infernalibus agi-
tata: hoc crimen falsi: quod refutatio nōstris hominibus toties obijcit & falso attribuit.

Cæterum hanc suā meretriculam falso co-
lore fucare & cōmendare conantur: at Corin-
thij, inquiunt, vtrunq; ipso facto præstiterū;
ac ppter ea à Paulo reprehensi sunt. Itaq; pro
babile est Paulū nō negare posse eosdē partici-
pes fieri mēfæ Domini & mēfæ Dēmoniorū.

Hic verò est, ô Theologi, scopulus ille in *Responsio*,
quē impingiti: hic est gladius ille verbi Dei;
quo impiorū ora obstruuntur & iugulantur,
ne possint edere sanguinē Christi, etiāsi quo-
tidie Sacramentū tantæ rei sibi ad iudiciū su-
mant, vt præclarè est apud Augustinū. Nam
quia Paulus negat, Corinthios posse poculū
Dñi bibere & poculum Dēmoniorū, & posse
mēfæ Dñi participes fieri & mēfæ Dēmonio-
rū: & tamē intelligam Corinth. vtrinq; exter-
na symbola accepisse, recte cōcluditur, Paulū
impijs nō externa signa sed corp' & sanguinē

ELENCHVS SOPHIS

Aduersarij Christi omnino negasse. Itaq; luditis & Deo te-
luduni & ec-
clesiae illu-
dunt ambi-
guitate &
sequiuocaz-
tione.

tiq; mundo illuditis ἀμφιβολογίᾳ seu ambi-
guitate phrasum. Nam mensa & poculum Do-
mini hoc loco Paulo non significat externa si-
gna, sed res internas, videlicet corpus & sangu-
inem Christi: Illa siquidem pijs & impijs com-
munia: haec verò piorum & fidelium peculiari-
san. Item poculum & mensa Daemonorū hoc
loco non significat externa Idolothyta, sed in-
ternā animorū cum diabolis ξοινωνίαι: quod
colligitur ex illis verbis Pauli: Illud dico quod
immolant gentes, immolare Daemonibus: no-
lim autem vos participes esse Daemonorum.

**Correccio
erroris.**

Sed vt tandem vela contrahamus, cogite
quæsto omnis pius quam horrendū quam im-
pium, quam ab omni S. Scriptura alienū dog-
ma sit, posse vnum & eundem hominē ξοινωνί-
os sacratissimi corporis Christi, & substantie
seu naturæ Diaboli: in uno & eodem ore, angu-
stissimam carnem Christi & impurissimam sub-
stantiam diabolorū esse: in uno & eodem ani-
mo carnē Christi & ipsum Diabolum habitare.
An non hoc est, non dico cœlum inferno, sed
Christum & diabolū miscere: an non hoc est
templum Dei sanctissimum non dico propha-
nare, sed diaboli quoq; templum constitueret.
A qua impietate merito abhorrent omnes pi-

D B

stræ causa.

Aduersarij quoq; cōtra id, quod ex S. literis demonstrauimus solū Deum causam efficiērem nostræ vnionis esse, hoc est, in verbo & Sa-mentis res ipsas, quæ promittuntur, nobis offerre & dare: non autem manu & ore ministri porrigi, in refutatione orthodoxi consensus paginæ 169. sic argumentantur.

Paulus ait, à Domino accepi quod tradidi vobis. Ergo Paulus manu sua non tantum ex-terna signa, sed etiam corpus & sanguinē Chri-sti manu sua dedit Corinthijs. Nam Paulus nō tantum panem & vinum, sed etiam corpus & sanguinem accepit.

Expono antecedens, Corinthij Cœnam Domini, contra institutionē Christi & doctrinam Pauli, in compotationes immodicas & concordan-tes prophanas conuerterant: in quibus diuites sua fercula in ecclesiā comportabant atq; ibi comedabantur & vino implebantur, non secus ac in prophanis epulis & conuiuijs fieri consuevit. Hunc igitur abusum & hanc prophanationē intollerabilem corrigere volens, Paulus negat se id à Domino accepisse vel ipsos Corinthios docuisse: atq; idcirco veram Christi institutionem & suam doctrinam ipsis in memoriam reuocat ac totidem verbis repetit.

L 3

Obiectio
Aduersario
rum pag.
169. refuta-
tionis or-
thodoxi cō-
sensus.

ELENCHVS SOPHIS.

**Prius & si-
gura dictio
nis.** Itaq; negandū est consequens aduersariorū
q̄a in eo est error πνεύμα τὸ χριστῖκόν λέγεως.
**Accipere
& tradere.** Nā accipere à Domino & tradere Corinthijs
hoc loco nō significat rem aliquā de manu in
manū accipere, & de manu in manū tradere,
sed discere & docere. Ut sit sensus: Eum ritum
& ceremoniā, quam à Domino in Cœna Do-
minica administranda & celebranda obseruan-
**Sententia
Pauli dua-
bus confir-
matur ratio-
nibus.** dam didici, eandem vos quoq;. Et hanc ipsi-
simam esse mentis Pauli sententiam duabus
nibus.

¶. Nam primò Paulus Corinth. externū ritū
& externām solennitatē Cœnæ Dominicæ à
Domino Apostolis prescriptā, deprauates &
prophanantes reprehendit: atq; ideo ea quasi
postliminio in ecclesiā reuocare & in integrū
restituere conatur. Deinde Paulus Corinth.
confusioni & prophanationi opponit veram
ceremoniam & legitimū ritum, quem ipse ex
verbo Dei didicerat atq; Corinth. precepérat.

Absurdum. Deducamus igitur argumentū ad absurdū.
Si Paulus omnia quæ à Dño accepit, tradidit
Corinthijs, eo modo quo volunt aduersarij
tum sequitur Paulū tradidisse ipsis Apostola-
rum, fidem, spiritum sanctum, charitatē atq;
adeo vitam æternam: sed hoc est absurdum.
Ergo & illud absurdum erit.

**Correc&io
rroris.** Quapropter stupidus & crassus ille error in
hunc

hanc modum corrigatur. Paulus omnia quæ à Domino accepit, id est, didicit & cognouit, ea omnia tradidit, id est, de ijs omnibus erudit Corinthios. Atq; idcirco præsēs hic locus aduersarios non modò non iuuat, sed etiā op pugnat, & firmū esse ostendit, quod diximus solius Dēi propriū & peculiare esse virtute spiritus sui nobis ea, quæ in verbo promittuntur & Sacramentis obsignantur, conferre: Apostolorum autem & ministrorum ecclesiæ munus esse de modo & ratione promissa diuinā accipiendi edocere.

CAUSA INSTRUMENTALIS.

Contra causam instrumentalē, quā nos solam fidē fecimus, ita argumentatur refutatio orthodoxi consensus pag. 617. Ex August. patet tam pios quam impios, tā fideles quam infideles accipere integrum Sacramentū. Ergo tam in fideles quam fideles accipiunt corpus Christi; & per consequens nō tantū fide manducatur corp^s Christi. Ratio cōsequentiæ est: quia integrū Sacramentū non tantum est panis & vinū, sed corpus etiā & sanguis Christi.

Expono antecedēs. Verba August. habētur li. 3. de Baptis. cap. 14. Vbi August. disputat de integritate & pfectione Baptis. quoad impios & infideles hoēs qui eo asperguntur. Nihil autem August. aliud ibi propositū est quā pbare

Obiectio
prima pag^s
617.
Antecedēs.
Consequēs.

Ratio con-
sequenziæ.

Expositio
antecedē-
tis.
August. lib.
3. de Baptis.
cap. 14.
Scopus Au-
gustini.

ELENCHVS SOPHIS.

veritatem Sacramentorum non infirmari ab
usu , & incredulitate hominum , qua res in
Sacramentis oblatas respunqnt , & repudi-
ant : sed manere integra , & vera respectu Dei
ea ordinantis . Et hanc ipsissimam Diui Au-
Augustinus
**ex Augustini
no explicata
sur.**
...
gustini mentem , sententiamq; perpetuam esse,
patet ex collatione , qua Sacramentum cum
verbo Dei comparat , atque suam sententiam
illustrat . Nam hoc eodem capite subiungit . Si-
cuit fieri potest ut integra teneat verba Symbo-
li , & tamen non rectè credat , siue de ipsa trini-
tate , siue de resurrectione , vel aliquid aliud . Et
cap . 15 . Sacmenta tamen si eadem sunt , vbiq;
integra sunt , etiam si prauè intelliguntur & di-
scordiosè tractantur : sicut Scriptura ipsius E-
vangelij , si eadem ipsa est , vbiique integra est ;
etiam si innumerabili falsarum opinionum va-
riete afferatur .

Propositio.

Itaque Augustinus docet impios & infido-
les non alio modo & ratione integrum habere
Sacramentum , vt integrum habent verbum .

Assumptio.

At verò impij & fide carentes præter externū
sonum & præter literam nihil percipiunt : quip
pe cum res verbo Dei promissæ non nisi vera
& saluifica fide percipientur .

Cōplexio.

Iraq; in Sacmentis quoque , si modo Au-
gustini comparatio constat , in Sacmentis
quoque nil nisi externa signa percipient : nam
vt in

yt in verbo res promissæ ita quoque in Sa-
cramentis (nam utrobiq; eodem sunt) non nisi
fide vera & saluifica percipiuntur. Manent er-
go integra Sacra menta, vt etiam verba respe-
ctu Dei ordinantis, offerentis & promittentis,
etiam si fideles res promissas sua $\alpha\pi\sigma\sigma\alpha$ repudi-
ent & reieciat. Huc igitur facit illud Augustini
Tractatu 26. in Iohannem: Si carnaliter accipis Prætatis.
spirituale non esse desinit, sed tibi non est. Ita
quoque recte & verè dicimus, Sacra menta e-
tiam si eorum res non percipientur, Sacra men-
ta tamen esse non desinere, sed impijs non esse.
Ergo negamus consequens: quia in eo error
est $\pi\alpha\epsilon\alpha\tau\theta\mu\eta\epsilon\pi\omega\nu\omega\tau\omega$. Nam non sequitur,
impij habent, & impijs Deus offert integrum
Sacramentum. Ergo impij ore manducent Sa-
cramentū integrum: id est, corpus & sanguinē
Christi. Nam eodem modo & par ratione con-
cluderem: Impij habent integrum symbolum Ratio.
& impijs affertur integrum verbum. Ergo im-
pij & sonum externum & promissionem ver-
bo expressam accipiunt ac sibi applicat. Quod
quām $\alpha\lambda\gamma\omega\tau\omega$ & absurdum sit intelligunt om-
nes, qui non planè nihil intelligere volunt.

Deinde in argumento, vt ex modò dictis pa- Error: $\mu\omega\mu\omega\mu\omega$.
tet, est error $\delta\mu\omega\mu\mu\mu\omega\mu\omega\mu\omega$ seu æquiuocationis, $\mu\omega\mu\omega\mu\omega$.
quem aduersarij admittunt sub vocabulo Sa- Sacra men-
ta cum alijs $\mu\omega\mu\omega\mu\omega$

ELENCHVS SOPHIS.

sum & ces
remouit ex
eterna pro-
prie. cramenti. Nam id aliquando propriè accipitur
pro signo & ceremonia externa atque relatiuè
opponitur rei quam signat & ob-signat. At quo
hoc modo impij accipiunt integrū Sacramen-
tum: quemadmodum externam quoque verbi
Dei literam, quæ relatiuè opponitur spiri-
Aliis synec-
dochice
pro signo
& re signa
ea. tui. Aliquando vero Synechdochicōs acci-
pitur tam pro signo quam re signata: qua-
ratione veteres dixerunt, Sacramentum
constare duabus rebus terrena & cœlesti
Hac postrema significatione impij nequa-
quam dicendi sunt integrum accipere Sa-
cramentum: sicut nec integrum Ver-
bum, quando pro Litera ac Spiritu acci-
pitur.

Posteriori
significatio
ne non mā-
ducantim
pj. Atque hanc perpetuam doctrinam fuisse
Augustini & sententiam ex hisce testimonij
apertè liquet. Tractatu vigesimo sexto in Io-
annem, Huius rei, inquit, Sacramentum,
id est, unitatis corporis & sanguinis Chri-
sti, alicubi quotidie, alicubi certis in-
teruallis dierum in Dominica mensa pra-
paratur & de mensa Dominica sumitur,
quibusdam ad vitam, quibusdam ad exi-
tium. Res verò ipsa cuius Sacramentum
est, omni homini ad vitam, nulli ad e-
xitium, quicunque eius particeps fuerit.
Ergo

Ergo Augustinus apertè distinguit pro-
prie loquendo inter sacramentum & rem
ipsam: apertè docet impios & infideles non
nisi Sacramentum à accipere: apertè do-
cet Sacramentum à quibusdam ad exitium,
rem verò ipsam perceptam à nemine ad exi-
tum sumi.

Augusti-
nus distin-
guit inter
Sacramen-
tum & rem
Sacramēti.

Item in sententijs Prosperi 33 8. Nam Prosper.
qui discordat à Christo, nec panem eius (id
est corpus pane significatum) edit, nec san-
guinem eius bibit: etsi tantæ rei Sacramen-
tum quotidie ad iudicium suæ præsumptio-
nis in differenter accipiat.

Itaque Augustinus apertè distinguit in-
ter Sacramentum & rem Sacramenti: re-
latiūe opponit Sacramentum corpori &
sanguini Christi: Sacramentum & qui-
dem integrum docet ab impijs sumi ad iu-
dicium, rem verò ipsam nequaquam. Qua-
propter ex his quæ iam allata sunt luce me-
ridiana clarius est, augustissimum illum Pa-
trem pro aduersarijs non modo non face-
re, sed etiam eorum monstrosam opinionem
quasi ex professo oppugnare.

Augustinus
relatiūe.
opponit sa-
cramentum
& corpus
Christi.

Obiectio secunda pagina 488. refutatio Obiectio 2
nis Orthodoxi consensus. pag. 488.

Ad substantiam & integratatem Sacramen- Antecedēs

ELENCHVS SOPHIS.

*E*ss^eq^uens

*R*atio con-
sequen^tia.

ti quæ signo & re signata constat non requiri-
tur fides. Ergo tam sine fide, quām fide, accipi-
tur tam signatum quām signum. Consequens
probat hoc modo. Sicut enim baptismus, quo
Simon Magus baptizatus est, non minus fuit
baptismus, quām quo Petrus est baptizatus, vi-
delicet lauacrum regenerationis, ut maximē
Simon Magus eius fructum non perceperit.
Sic Sacramenti cœnæ integritas & substantia,
non à fide sumentis pender, sed consistit in ver-
bo instituentis; quod semel dixit Christus: Hoc
est corpus meum. Cuius verbi virtus durat, si-
ue quis credat, siue non credat, sed ut homini
sit salutaris cibus, necessariò fides requiritur.

*In antece-
denti aduer-
fati^s exin-
mu^zxi.*

Ad antecedens respondemus aduersarios
oniamaxeiv & actum agere: quippe cum ex
nostris nemo vnquam dixerit, scripserit aut sen-
serit, fidem facere aut constituere Sacra-
mentum, aut fidem esse de substantia sacramenti.
Nam quemadmodum verbi Dei integritas
consistere & salua esse potest sine fide homi-
num: ita quoq; de Sacramentis, quæ sunt vi-
sibilia verba & sigilla verbo Dei appensa om-
nino iudicandum & existimandum cense-
mus. Non enim nos latet, neq; à nobis impro-
batur illud Augustini: Accedat verbum ad e-
lementum & sit sacramentum.

Ad consequens verò respondeatur vitandū
esse

esse Paralogismum παρὰ τὸ μηδέπομπον quo Error ^{παράτοις}
 siue fallūt siue falluntur aduersarij. Nam nul ^{παρὰ τὸ μηδέ-}
 la est omnino consequutionis illius vel ratio ^{μεταγραφή.}
 vel necessitas:

Ad sacramenti integritatem non requiri-
 tur fides:

Ergo Sacra menta integra, id est, signum
 cum re signata sine fide quoq; percipitur.

Id quod aliquot exemplis quæ ἀτονοῦ & ^{Absurdum}
 ἀσύντονοῦ illius sophismatis manibus palpan ^{monstrare}
 dum proponunt, declarabo. <sup>aliquot ex-
 amplis.</sup>

Nam perinde argumentantur aduersarij
 ac si quis dicat:

Ad substantiam panis & vini quæ alimen-
 to corporis seruiunt non requiritur os cor-
 poris.

Ergo panis & viñum sine ore corporis co-
 meduntur. Vel etiam sic:

Ad Christi perfectionem & substantiam
 non requiritur fides:

Ergo siue fide Christus cognoscitur.
 Vel etiam sic:

Ad integritatem verbi Dei constituendam
 non requiritur fides hominum.

Ergo verbum Dei integrum, hoc est, litera
 & Spiritus sine fide cognoscitur, percipitur
 & seruatur.

ELENCHVS SØPHIS.

Quæ omnia ut dōsata & dōta sunt: ita
huius quoq; argumenti consequiam fal-
sam & infirmam esse luculenter démonstrant.
Absurda porrò & falsa est: quia Logici isti vel
concludunt ex puris particularibus, vel ex
maiore propositione apertè falsa, quā hanc
esse oportet, ut forma argumenti constet.

Quicquid non facit ad integratatem rei, si
ne eo res potest percipi. In hac propositione
manifestum est κακούσατον & nulla ratio co-
sequentiae. Nam si subsumant, ad coloris inte-
gritatem non facit visus: ad odoris nihil olfa-
ctus: ad saporis nihil gustus: ad soni nihil au-
ditus: ad duri & mollis nihil tactus.

Ergo color sine visu, odor sine olfactu, sa-
por sine gustu, sonus sine auditu, durum &
molle sine tactu percipitur: manifestè falso,
manifestè dōsator, manifestè dōsator
concludi, nemo est, qui non intelligat.

Eadem planè est ratio Sacramenti & sa-
crae dei: ad Sacramenti integratatem & substan-
tiam constituendam nihil omnino confert fi-
des, sicut nec ad cæteras Dei promissiones:
At verò ad rem sacramenti, quæ est promis-
sio gratiæ, in baptismo spiritus Sanctus cum
omnibus eius benefiejs: in cœna Domini
corpus Christi & sanguis eius cum virtute vi-
uifica

Concludunt
ne ex pu-
ris particu-
laribus uel
ex proposi-
tione mani-
festè falsa.
Ratio.

Protasis.

Apodosis.

tifica non nisi fide & spiritu percipitur, nobisq; applicatur. Itaque aduersarij ex hac sua maiori non plus proficient, quam cum ad Sacramenti integritatem nihil conferat fides, fidem non esse causam Sacramenti: Sacramenti autem rem, sine fide, hoc est, sine proprio & solo suo instrumento percipi posse aduersarijs nunquam dabunt, qui modum promissiones diuinias percipierid ex Sacris literis recte perpendunt. Nam promissiones diuinias ore percipi non minus absurdum est quam dicere sonum ore, sine auditu percepti.

Sed animus fert, paucis quoq; rationem, Ratio ad
uersariorū
examina-
tur. qua scopas illas suas colligere infeliciter co- nantur aduersarij, examinare. Nam in ea tot sunt ferē vitia, quot, pace omnium bonorum dicam, sunt sententiæ: Id quod ex nostra comparatione cognoscetur.

Constat itaq; ipsorum ratio cōparatione similiū, cuius περιτασις hæc est:

Sicut enim baptismus quo Simon Magus Protasis. baptizatus est, nō minus fuit baptismus, quā quo Petrus baptizatus fuit, videlicet lauacrum regenerationis, ut maximè Simō Magus eius fructum non perceperit.

Si respicias ipsum Deum, qui Simoni Ma- Quomodo
Baptismus
Simon Ma-
go fuerit
baptisatus. go obtulit baptismum, recte dicitur, Baptis-

ELENCHVS SOPHIS.

mum non minus fuisse lauacrum regenerationis quam baptismus, quo Petrus tinctus fuit. Si vero respicias ipsum Simonem, qui typus est & exemplar omnium hypocritarum, baptismus ipsi reuera non fuit lauacrum regenerationis iuxta illud Pauli : Circumcisio quidem prodest, si legem serues: si autem transgressor es legis, circumcisio tua facta est preputium. Idem de ijs qui sine fide baptizantur: nam ijs baptismus reuera non est baptismus, hoc est, regenerationis lauacrum, etiam si millies centies externa aqua abluerintur. Hinc recte Petrus Simoni Mago iam a Philippo baptizato dixit: Non est tibi pars neque sors in hoc negotio: cor enim tuum non est rectum in Dei conspectu. Item, Video te in felle amaritudinis & nexu iniustitiae positum. Intelligis igitur Simoni Mago baptismum non fuisse baptismum, sicuti nec verbum Dei ipsi fuit verbum Dei, ut potest quin neque partem neque sortem ullam tam in baptismo quam verbo haberet, ut potest qui a rectam Sacramento baptismi, quam verbo Dei promissa fuerit alienissimus. Huc etiam facit quod Paulus 1. Corinth. ii. aperte negat eam infidelium & a Christi institutione recessentium, non esse cœnam Domini, sed prophanum quiddam.

Hut

Huc accedit quod Deus idem de veteris sacramentis & sacrificijs infidelium quæbus sacramenta erant futuri Christi mactandi, per Isaiam prophetam hoc idem pronunciat capite. 66. ver. 3. Qui immolat bouem est quasi interficiat virum: qui mactat pecus quasi iugulet carnem: qui offert oblationem, quasi sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Ex quibus omnibus sequitur æque absurdum & impium esse, dicere & credere Simoni Mago aspersionem aquæ externæ fuisse tam lau- crum regenerationis, quam Petro, ac dicere & credere, transgressores legis tam fuisse circumcisos, quam illi qui fide vera legem Christi impleuerunt: tam prophanatoribus cœnæ Domini, cœnam Domini esse, quam ijs, qui secundum ritum Christi eam administrant; & summa reverentia pietateque tractant: Sacrificia Veteris Testamenti tam fuisse impijs & infidelibus sacrificia, quam pijs.

Quapropter in hac aduersariorum assertione Paralogismus est manifestus à dicto secundum quid ad dictum simpliciter.

Deinde id quoque non minus à vero alienum est, quam superiorius, quod aiunt: Simonem Magum accepisse regenerationis lau- crum, atque adeo ipsam regenerationem

Sacrificia
infidelium
non sunt si
crucifixia, sed
flagitia.

Bittere
ta. ri.

Absurdum
dicere Si-
monem Ma-
gum acce-
pisse rege-
nationem
Ene. 14.

ELENCHVS SOPHIS.

Duo absurdia. non tamen vim eius accepisse. Nam hisce paucis verbis in duo periculosisima absurdorum præcipitia abripiuntur. Nam primo si Simon accepit regenerationem, necesse est ipsum quem accepisse Spiritum sanctum: posito enim effectu, ponitur quoque causa antegredi. **Propositio.** **Affumptio.** sa. At verò Spiritus sanctus est sola causa regenerationis, & quidem talis causa, quæ ab esse actu suo separari nec cogitatione quidem potest. Hinc potissimum Spiritus sanctus, Spiritus sanctificator, & sanctificationis, item Spiritus viuificans appellatur. Ad Rom. i. Cap. vers. 4. 1. Pet. Cap. i. vers. 2. Rom. 5. vers. 5. 2. ad Cor. Cap. 3. vers. 6.

Affumptio. Sed hoc est absurdum: Nam alioquin sequeretur Spiritum sanctum etiam impuris & reprobris, atque adeo ijs, quibus neque pars est neque sors in salutis negotio dari. Quod tamen falsissimum & absurdum esse Christus Ioannis 14. testatur. Mundus non potest Spiritum illum veritatis recipere, quia non videt eum neque nouit. Qualis certè Simon Magus fuit. Item & hoc Simonem Magum fuisse adeptum vitam æternam: cui enim datur Spiritus sanctus, hoc est Spiritus gratia veritatis, sanctificationis, ei quoque vitam æternam dari necesse est, quod passim docent sacræ literæ.

Ergo

ADVERSARIORVM.

98

Ergo illud quoque falsum est quod Simon ^{Cōplexio;}
Magus accepit regenerationem.

Deinde hoc quoq; extremè absurdum est, affirmare Simonē Magum accepisse lauacru
regenerationis, atq; adeò ipsam regeneratio
nem, non minus quam Petrus: attamen vim
eius & effectum non accepisse. An non hoc ^{Contradix}
est vnum idemq; negare? an non una manu
aliquid porrigeret, altera detrahere? An non
hoc est Deo & toti ecclesiæ illudere? Simon
Magus accepit regenerationem: Simon Ma
gus non accepit vim regenerationis: quod
idem est, ac si quis dicat: Simon Magus acce
pit regenerationem, Simon Magus non acce
pit regenerationem. Quid vero, ò Theologi in
terest inter regenerationem & regenerationis
vim? vbi queso in S. Scriptura est regenerationis
sine vi? aut quid est regenerationem sine vi? Cum
illa non sit aliqua causa unde effectus profici
scatur, sed fructus & effectus Spiritus sancti.
Verum concedamus aduersarijs regenerationis
aliquem esse effectum, sed reducamus ar
gumentum ad absurdum.

Si regenerationem, quæ est fructus & effectus ^{Reductio}
Spiritus sancti, accipi potest sine vi & effica
cia, tum sequitur, etiam fidem sine vi & effica
cia posse accipi.

Sed hoc posterius S. Scriptura, tanquam ^{Assumptio;}

M z

ELENCHVS SOPHIS.

Cōplexio. impium, blasphemum & adiuatōr condēnat. Ergo & illud impium blasphemum & adiuatōr sit necesse est.

Correccio enoris.

Itaq; ut hic error ex animis hominum eripatur, in hunc modum eum corrigamus.

Simon Magus nō spiritu sed aqua, non in tūs sed foris, non regeneratione, sed eius sacramento sive signo, non anima sed corpore, à Philippo baptizatus fuit. In æternam verā mortis pœnam incurrit non recipiendo sp̄itum sanctum, sed sua nequitia eum expellendo, non recipiendo regenerationem, sed eam sua malitia repudiando & conspurcando. Atq; idcirco omnes simili ratione non accipiendo intra se & sua corpora res sacramentorum internas, sed eas respuendo & prophannando, salutis suæ iacturam facere. Atq; hæc est πρόταοις aduersariorum.

Apodosis ad trutinā reuocatur.

Nunc consequens est ut de ἀποστόλοις dicamus. Sic aiunt, Sacramenti cœnæ Domini integritas & substantia non à fide sumentis dependet, sed consistit in verbo instituentis, quod semel dixit Christus, hoc est corpus meum.

Concessio. Rectè quidem: nemo siquidem præter Deum ius habet ac facultatem instituendi sacramenta. At verò inde non conficitur, quod

vos contenditis, utrumque videlicet in sacra
mento, tam absque fide, quam cum fide percipi;
id quod antea multis & firmis rationibus
planum fecimus.

At inquit Christus dixit, Hoc est corpus
meum. Benè sanè: Sed Christus ijs demum
hoc dixit, pro quibus traditur & crucifigitur
hoc est fidelibus. Ita Ioannes Baptista semel
dixit, Hic est agnus Dei, qui tollit peccata
mundi: sed de ijs demum dixit, qui agnum il-
lum vera fide amplectuntur.

Nam vtrinq; eadem planè est promissio,
videlicet Christus sua morte & passione tol-
lens fideliūm peccata: Eadem quoque planè
ratio promissionem eam tam in verbo quam
Sacramento percipiendi, videlicet fides &
spiritus. Addunt præterea: Cuius verbi vir-
tus durat, siue quis credat, siue quis non cre-
dat. Ita omnino. Nam non minus incredulita-
tate hominum hæc verbi virtus infirmatur,
quam illa Ioan. i. cap. Hic est agnus Dei qui
tollit peccata mundi, contumacia & impieta-
te Iudæorum labefactari potuit. Quin & hoc
addo ut theologis istis aliquid amplius largi-
ar: Christi veritatem & virtutem multò mi-
nus periclitari aut in dubium vocari, siue ho-
mines ore corporeo manducent, siue non
manducent. Nam promissiones Dei non ore

Quibus
Christus d
ixerit hoc
est corpus
meum.
Simile.

Concessio.

ELENCHVS SOPHIS.

externo, sed ore interno, hoc est, fide & spiri-
tu certas & immotas esse testamur. Non cre-
dendo autem Deo, mendacē eum facimus, vt
testatur Ioan. i. Epist. 5. c. Ergo si incredulitas
virtuti & veritati promissionū Dei nihil dero-
gat aut detrahit: quanto minus aliquid detra-
hetur, si homo eas ore impuro & indigno nō
deglutiat, ac proinde in ventrem nō traiiciat.

Genesios. Deniq; huic suæ Στοά ὁσει extremam ma-
num in hunc modum addunt. Sed aiunt, vt
homini sit salutaris cibus, necessariò fides re-
quiritur. Imò verò vt omnino percipiatur fi-
des requiritur. Nam promissio diuina sola si-
de percipitur: percepta verò non nisi ad vitā
eternam pascit: ac non nisi spreta & contem-
pta damnū & exitium affert. Hæc pauca ha-
bui, quæ ad Carneadeum illud argumentum
& sèpius ab aduersarijs recocitū comparare.

Obiectio 3. Obiectio tertia, pagina 466. Verba. Accipi-
te & manducate de corporali actu & mandu-
catione loquuntur.

Assumptio: Christus autem de eo dixit, hoc est corpus
meum quod accipere & manducare iussit.

Cōplexio. Ergo corpus Christi corporali actu perci-
pitur & manducatur.

**Petitio
principij.** Ad propositionem quod attinet, simplici-
ter responderi posset, & quidem rectè, eam
nihil aliud esse, nihilq; aliud continere, quam
falla-

fallaciam petiti principij. Nam inter nos &c i. Ratio:
 psos quæritur non quidē vtrum verba Chri-
 sti vera & firma sint (de hoc enim nefas esset
 dubitare) sed vtrum ex illis verbis, Accipite,
 comedite , hoc est corpus meum rectè colli-
 gatur , actu corporeo , ore externo in & sub
 pane corpus Christi , tām à pijs quam impijs
 manducari : quippe cū Christus iussit man-
 ducare corpus , nō simpliciter consideratum
 sed mortuum & crucifixum , quod certè , vt
 docet S. Scriptura , non ore externo sed cor-
 de & mente fideli , non corporali actu sed spi-
 ritu & fide percipitur . Hanc igitur questionē
 aduersarij pro argumento sumunt , atq; ei to-
 tum mundū acquiescere volunt . Ut verò pio
 lectori etiā alio modò satis faciamus libet ar-
 gumēti huius sententiā paulo diligētius excu-
 tere , & plures , quib⁹ scaret , errores detegere .

Primò itaq; in propositione maiori est er-
 ror à Dicto secundum quid ad dictū simplici-
 ter . Nam illa verba si respicias ad panē quem
 Christus accepit , quem fregit , cui benedixit ,
 quem discipulis dedit , de quo dixit , Accipite ,
 comedite , hoc est corpus meū , rectè dicūtur
 de corporali actu loqui & intelligēda esse . At
 vero si respicias corpus Christi , quod in coena
 est pmissio gratiæ , quod p nobis crucifigitur
 & moritur , verba illa de corporali actu agere

Error à di-
 cto secundū
 quid ad di-
 cūm simpli-
 citer .
 Ratio .

ELENCHVS SOPHIS.

dici minime possunt: quippe cum promissio
nem gratiae & corpus Christi crucifixum no-
ni spiritu & fide, manducari & nobis appli-
cari ex S. literis constet. Huc igitur pertinet
trita illa in scholis & obseruatione dignissi-
ma Regula: Talia sunt prædicata, qualia esse
permittuntur à subiectis. Panis & vinum no-
ni ore corporis manducantur. Corpus Chri-
sti non nisi fide nobis applicatur.

**Regula dia-
lecticorum.**

**Error figu-
re dictio-
nis.**

Ratio.

Protaasis.

Apodosis.

Deinde in argumento est error παρὰ τὸ
χῆμα τῆς λέξεως qua confundunt homony-
ma cum synonymis: Manducare panē. & vinū
bibere proprie dicitur: at manducare cor-
pus Christi & bibere sanguinē Christi, impro-
priè & homonymos dicitur: népe Metapho-
ricè & per similitudinē. Nam quemadmodū
panis & vinum ore corporis ad corporis su-
stentationē manducantur: sic corpus & san-
guis Christi ore animæ et fidei, ad animarū a-
limentū, ad fidei confirmationē manducan-
tur, hoc est apprehenduntur, applicantur &
retinentur. Huc igitur facit illud Augustini
in Iohan. Tract. 26. Hoc est manducare illā e-
scam & illum bibere potū, in Christo manere
& illum in se manentē habere. At per hoc, qui
non manet in Christo, & in quo non manet
Christus, procul dubio non manducat spiri-
tualiter eius corpus, nec babit eius sanguinē:
licet

licet carnaliter & visibiliter premat dentibus
Sacramentum corporis & sanguinis Christi:
sed magis tantæ rei sacramentū ad iudicium
sibi manducat & bibit: quia inmundus p̄-
sumpsit ad Christi accedere Sacramentum.

Reducamus igitur argumentum ad absurdum. ^{Absurdum}
Primo, si Christi corpus actu corporeo, & ^{duo.}
ore externo non minus quam panis mandu- ^{1.}
catur; & si verba Christi: Accipite, comedite
sine ullo tropo & simpliciter de corpore Chri-
sti intelligenda sunt: tum sequetur Christum
flagitium præcepisse. Nam ore corporeo &
actu corporeo carnem humanam mandu-
care & sanguinem humanum bibere *αἰαυρίο-*
βντίστως est grauissimum flagitium, diuinis
& humanis legibus prohibitum.

Sed hoc de Christo cogitare piaculum est. ^{Assumpta.}
Ergo & illud piaculum erit. ^{Cōplexio.}

Itaque in hisce & similibus loquutionibus
explicandis & intelligendis nobis semper
proponenda erit Regula illa aurea Augustini
lib. 3. de doctrina Christiana Cap. 16. tradi-
ta. Si præceptua locutio est, aut flagitium aut
facinus vetans, aut utilitatem aut beneficen-
tiam iubens, non est figurata: Si autem flagi-
tium aut facinus videtur iubere, aut benefi-
centiam vetare, figurata est. Nisi manducae-

Regula
Aug. lib 3.
de doct.
Christianæ
cap. 16.

ELENCHVS SOPHIS.

ritis carnem Filij hominis & sanguinem bis-
beritis, non habebitis vitam in vobis, faci-
nus vel flagitium videtur iubere. Figura est
ergo, præcipiens passioni Domini esse com-
municandum & suauiter & utiliter reconden-
dum in memoria, quod pro nobis caro eius
crucifixa & vulnerata sit.

^{2.} Deinde si propter hæc verba, accipite,
Propositio. medite, eodem modo manducatur corpus
Christi, quo panis, tum etiam sequitur reli-
qua, quæ de pane dicuntur, corpori tribui.
Nam de similibus idem est indicium.

Assumptio. At hoc est absurdum & *αδυωπότερον*. Nam
corpus Christi non fuit in manu Christi: cor-
pus Christi non frangitur & laceratur denti-
bus: corpus Christi non confringitur in fru-
stra: corpus Christi nō saginat corpus: corpus
Christi non traiicitur in stomachum: corpus
Christi nec concoquitur, nec in sanguinē ho-
minis naturaliter conuertitur, quæ tamen o-
mnia pani & vino cœnae Dominicæ re ipsa &
Cōplexio. verè tribuuntur. Itaq; illud quoq; *αδυωπότερον*
& absurdum est: videlicet corpus Christi cor-
poreo actu, ut panem manducari,

^{3.} **Propositio.** Si corpus & sanguis Christi eodem in-
strumento, hoc est, corporeo actu & externo
ore percipitur quo panis, tum certè sequitur
lanrena & *συρκοφαγία* & *αιμοποσία* Caper-
nacitæ

naitica: quæ nihil aliud est quām imaginatio
esus corporei & oralis, q̄ fiat sine fide & spiritu.

At istam Capernaiticā lanienam nobiscū Assumptio,
damnare & auersari præ se ferunt aduersarij.

Ergo hoc quoque suum dogma damnent Cōplexio,
& repudient necesse est.

Neq; verò se excusare possunt vociferādo, Proleps.
alium se modū statuere manducandæ carnis
Christi, diuersum à Capernaitico, modum vi-
delicet supernaturalem & ineffabilem. Nam Ratio,
cum idem subiectum & idem instrumentum
cum insanis Capernaitis statuant, videlicet
ipsam corporis Christi substantiam & os cor-
poris, quomodo quæso modus diuersus esse
potest? Modus siquidem à subiecto & instru-
mēto denominatur: ita vt quæ in his duobus
conueniant, in modo agendi conueniant, ne-
cessum sit.

Verū excipiūt, Modus noster est superna-
turalis. Ergo, ô Theologi, nō oralis: Ergo non
corporalis. Nam os externū manducare rēm
externam & corpoream, rēs supernaturalis
non est: tota, tota inquam naturalis est, os si-
quidem res corporeas naturaliter edit. Sed Corpus
fortassis verius & rei conuenientius modus
hic, quem sibi falso imaginantur aduersarij,
non supernaturalis tantum appellabitur, sed
etiam præter & contra naturam, non dico

Allia Prole
pss.

Responso.

Christi ore
manducare
est contra
naturam.

BLENCHVS SOPHIS.

annis humanitatis, sed totius Scripturæ, Sacramentorum, atque adeo omnis pietatis, fangi dicetur. Nam ore & corporeo actu carnem humanam manducare grauius est flagitium, quam hominem occidere: & sanguinem humanum haurire maius peccatum est, quam fundere: ut alicubi præclarè & verbo Dei consentaneè scribit Augustinus.

Contradiccio. Deinde addunt, modus ineffabilis est. In hoc quoque nobis, o Theologi, contradicitis. Si enim modus est ineffabilis, quid igitur effantur & enunciant vestra ista qualitatis adueria, modum designantia, realiter, corporaliter, oraliter, in, sub, cum pane & vino?

Propositio. Quarto, Si verba Christi, accipite, comedite de corporeo actu respectu corporis Christi intelligenda sunt, tum etiam illa Ioan. 6. edere & bibere, de corporeo actu intelligentia sunt. Nam ibi non minus corporis & sanguinis mentio fit, quam in verbis cœnæ: nec ibi minus corpus Christi manducari & sanguis eius bibi iubetur, quam in institutione cœnæ: nec ibi aliud corpus promittitur & offeratur manducandum, quam in *Διατροφῃ*.

Assumptio. At hoc est absurdum: quod etiam ipsi aduersarij cum verbo Capernaitarū opinionē damnent, concedunt. Ergo falsum hoc suum dogma esse, concedant necesse est.

CONTRA

CONTRA SIGILLA
vnionis.

Contra id, quod Sacraenta sigilla promissionis gratiæ, & nostræ cum Christo vnionis esse diximus & probauimus, ita videtur inferre orthodoxi consensus refutatio, pa- Obiectio
gina 228. pap. 223.

Si Sacraenta sunt tantum sigilla promis- Propositione
sionis gratiæ, tum sequitur Sacraenta esse nuda signa.

At hoc est absurdum. Ergo illud quoque Afirmatio
absurdum erit. Capitula.

Ad connexum Hypotheticum facilis & In conexo,
prompta est responsio: videlicet in eo nec necessitatem, nec connexionis ullam esse rea- nunc. colla-
tionem: atq; idcirco negari consequens, quia in eo error est παρὰ τῷ μὴ ἐπόφερον. Nam tamen. Ratio.
quamvis Sacraenta non sunt vehicula, in quibus & sub quibus Christus cum suis bene- ficijs apportatur: neq; latibula in & sub qui- bus Christus cum suis beneficijs corporaliter & localiter, ut auena in sacco latet: neque in strumenta, in & sub quibus Christus in ora nostra ingeritur: non sequitur tamen esse inania & nuda sigilla: quippe cum id quod signi- ficant, quod obsignant, quod representant, tam certo à Deo nobis perfidem & spiritum

ELENCHVS SOPHIS:

fruenda possiden daque dantur, quam extera
na illa sigilla accipimus & nobis applicamus.

Simile.

Sic circumcisio, quamuis non per eam, nec
in ea tanquam instrumento cor circumcide-
batur, tamē non erat nudum signum: quippe
cum Abraham & omnes eius posteri, quot
quot vera fide prædicti erant, tam certò intus
& in cordibus suis circumcidebantur quam
certò eius sigillo & σφεργίδι, vt à Paulo
nuncupatur, extrinsecus notabantur. Atq; vt
sigilla literis appensa non ideo signa nuda &
inania sunt, et si tantum obsignant, hoc est,
rata, firma, fixaq; esse testantur, quæ literis
comprehensa sunt: ita quoque de Sacra-
mentis, quæ sigilla sunt promissionum gratiæ, o-
mnino iudicandum & statuendum est.

Error a nō
causa.

Deinde in argumento aduersariorū quoq;
est fallacia παρὰ τὸ μὴ αἴτιον δὲ αἴτιον. Nam
nequaquā ideo verbo Dei & promissioni Dci
adduntur, vt promissionem tanquam instru-
menta conferant, sed vt eam acceptam confir-
ment & obsignent, fidemq; nostrā infirmam
sustentent & augeant. Hic vñus, hic solus, hic
proprius est, fuit, & erit semper Sacramen-
tum finis & usus. Spiritus verò Sancti pro-
prium opus est, nobis conferre res verbo pro-
missas, fidei verò oblatas apprehendere atq;
nobis ad vitam æternam applicare: & in hunc
modum

Ratio.

modum Paulus de circumcisione, atq; adeo
de omnibus Sacramentis (nam omnium va-
nus idemque finis usus & officium est) sen-
tire nos docuit ad Roman.4. Vbi Paulus,
tanquam ex professo contra aduersariorum
~~ouwovoiaev~~ disputans, probat Abrahamū pro-
missionem gratiae & iustitiae, quæ erat res cir-
cumcisionis, ante circumcisionem accepisse,
solius fidei nimirum, à spiritu sancto accensę,
instrumento. Quomodo ergo, inquit, impu-
tata est? (intellige iustitia) non in circumci-
sione, sed in præputio. Intelligis ergo Paulum
Sacramenta nō constituere instrumenta, per
quæ, & in quibus, & sub quibus Deus suas
promissiones confert & distribuit: quippe
cum doceat, res ante Sacramenta re ipsa con-
ferri & donari. Huc quoq; respexit Augusti-
nus lib.21. De Ciuitate Dei cap.25. Dicendum
non est, eum comedere corpus Christi qui in
corpo Christi non est.

At quem finem Paulus Sacramentis attri-
buit, cum Deus solo fidei instrumēto vtatur,
ad res nobis conferendas? Et signum, inquit,
accepit circumcisionis, quod obsignaret iusti-
tiam fidei, quæ fuerat in præputio.

Ergo eant nunc aduersarij & lité intendant
Paulo, quod nuda & inania Sacramenta do-
cuerit, cum negauit per ea tanquā per instru-

Augst. de
ciui. lib. 21.
cap. 25.

ELENCHVS SOPHIS.

menta promissionem verbo expressam con-
ferrri & dispensari.

Absurdum. Sed deducamus argumentū ad absurdum.
Proposito. Si per Sacra menta, tanquam instrumenta,
Deus nobis promissionem gratiæ confert,
tum sequitur omnes eos perire, qui Sacra
menta non accipiunt. Nam sine collatione &
perceptione Christi eiusque beneficiorum,
neminem salutem consequi, extra controuer-
Assumptio. siam omnem est positum. Sed consequens est
absurdum, impium & blasphemum.

Cōplexio. Ergo antecedens tale esse necesse est.
**Correccio
eroris.** Quapropter corrigamus hunc errorem &
certo statuamus Sacra menta non instrumen-
ta conferendæ gratiæ diuinæ, sed sigilla pro-
missionibus Dei addita, ut fidei nostræ im-
becillitati succurrant. Illa autem minimè nu-
da, minimè fallacia, minime inanis statui aut
affirmari debent: quandoquidē id ob signant
& testantur, quod Deus suis fidelibus iam re-
ipsa contulit, quotidie auget & perficit.

**Contra se-
cundum a-
phorismum
euam dispu-
tant.** Deinde contra secundum aphorismum
huius capitilis, quo asseueramus vnu & idem
obiectum in verbo & Sacramentis promitti
& ob signari: atque utrobique eodem instru-
mento percipi: nonnulla etiam obiciunt or-
thodoxi cōsensus refutatores, quæ ut cæteri
omnia breuiter & perspicue perse quemur:

1. Ob-

i. Obiectio, pagina 34. refutationis Ortho Obiectio i.
doxi Consensus: pap. 34.

Orthodoxa vētustas ex verbis Christi Tē- Antecedēs.
famenti dōcuit, sub specie Symbolorum cor
pus Christi verum & eius sanguinem ore sus-
mi. Ergo orthodoxā vētustas dōcuit corpus Consequēs.
Christi aliter in verbo, videlicet fide; aliter in
Sacramento, videlicet ore corporis mandu-
cari.

Expono antecedēts: Non inficiamur Pa- Expositio
tres in suis Scriptis huiusmodi phrases po- antecedēts
suissē, videlicet ore corporis & dentibus car- Concēssio
nem Christi sumi & sanguinem eius bibi.

At verò ibi Patrēs morē suō locutōs esse Patres id.
Sacramentaliter, hoc est accipiēdō signa seu quārrū Sā
externa Sacra menta p̄ rebus internis & si- cramentali
gnatis. Atque hoc ita esse, piō & φιλαληθ̄ tribus ratio
lectorī tribus rationib⁹ quasi ad oculū de nibus pra-
monstrabo:

1. Testimoniō Augustini, quo S. Scriptu- i.
ræ, veteris ecclesiæ, omnium orthodoxorum Testimoniō.
Patrum consuetudinēm perpetuā & veram nū Augus.
de Sacramentis loquendi, exponit. Sacra-
mentum, inquit, rei, eiusdem rei vocabulo
duncupatur, Epistola 23. ad Bonifacium.

2. Similibus phrasib⁹ veteri ecclesiæ & 2.
eius doctrib⁹ usitatis & familiarib⁹, qui- Similes id.
bus dicitur, corpus Christi videri, in mensa cūrionēs
Patrum.

ELENCHVS SOPHIS.

iacere: in terram cadere: manibus contrectari, & circumgestari, in particulas frangi, dentibus conteri, dentes in eam infigi, in corporis nutrimentum conuerti, in terram cadere, in mensa iacere: partes ex eo residuas manere: sanguinem ex latere Christi in catinam accipi: lingnas & ora fumentum eo humectari & rubescere. Quod si igitur illæ locutiones patrum quibus ore Christi corpus manducari dicitur, propriè & non sacramentaliter, videlicet de signis accipienda & interpretanda sunt: necesse est etiam modo commemoratas propriè & de ipsa substantia corporis Christi intelligenda esse. Ratio est: quia utробique sunt similes loquutiones, simili modo resoluendæ & intelligendæ. At verò posteriores de corporis Christi substantia realiter intelligere, absurdum, impium & planè ador est. Igitur idem iudicium esto de prioribus. Nam non minus absonum videri debet, & impium, corpus Christi ore externo manducari, quam corpus Christi in particulas secari, dentibus conteri, & similia: quippe cum carnem humanam edere maius flagitium sit, quam hominem occidere: ut non minus piè quam prudenter D. Augustinus monuit.

3. Ratio

3. Ratio sumitur à declarationibus & ex-positionibus patrum, quibus apertè & expressè docent, quomodo corpus Christi & sanguis eius ore accipiatur, videlicet visibiliter: in Sacramento: in mysterio: Sacramento-tenuis: in ipsa autem rei veritate spiritualiter.

Itaque ex his negatur aduersariorum consequens, quia concludit sententiam à Patrum mente & doctrina alienissimam: de quo ex sequentibus erroribus, quos deinceps annotabimus, facile iudicium faciet pius lector.

1. Error est à Dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam quod Patres dixerunt corpus Christi ore manducari: videlicet respectu signorum, quæ accipiunt ex consuetudine S. Scripturæ nomen rerum signatarum: hoc aduersarij simpliciter intelligunt & interpretantur tam de signis quam rebus signatis. Quod quam falsum sit ex modo dicitis apparet.

2. Error est homonymias seu æquiuocationis in vocabulo corporis. Nam corpus Christi his & similibus locis, Patribus non significat ipsam substantiam corporis Christi propriè acceptam, sed corpus Sacramentale, hoc est, panem: quod ὄμορύμως seu sacramentaliter corpus Christi dicitur.

3. Error est πατέρων μὴ επόμενον. Non

ELENCHVS SOPHIS.

enim valet consequentia mutato genere prædicationis. Corpus Christi in Patrum locutio-
nibus, quod iam ex superioribus liquet, im-
propriè accipitur, pro signo seu sacramento
corporis Christi. In aduersariorum autē con-
sequente propriè, videlicet pro ipsa substi-
stantia corporis Christi usurpatur. Quæ diffe-
rentia prædicationis facit etiam ut sint qua-
tuor termini in argumento.

4. Error est neq; nō x̄ū με τῆς λέξεως
Error à fi- in verbis sub specie Symbolorum. Quod non
gura dictio significat corpus Christi, tanquam sub latibu-
nib. lo aut vehiculo corporaliter existere & man-
In Sacra- ducari, sed tanquam in & sub Sacramento &
mēnto & mysterio. In Sacramento autem & mysterio
mauducari corpus Christi manducari, Augustino & cœ-
quid. teris Patribus, nihil aliud est quam visibiliter
sumi, carnaliter sumi, oraliter sumi, ore ac den-
August. de tibus accipi ac teri, seu Sacramētenuus man-
uerbis A- ducari. Atq; hæc ita se habere ex Augustino
post. Serm. probatur. Nam de verbis Apostoli Sermone
2. in hunc modum scribit: Tunc vita vnicuiq;
erit corpus & sanguis Christi, si quod in Sa-
cramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate
spiritualiter manducetur, & spiritualiter bi-
batur. Ex hoc Augustini loco colligitur Patri-
bus sub & in specie symboloru accipere cor-
pus Christi, nihil aliud esse, quam in Sacra-
mento

mento accipere: In Sacramento autem accipere, nihil aliud est quam visibiliter accipere, & non in veritate corpus Christi manducare: Quod certe non nisi de signo intelligi potest. Itaq; in Sacramento visibiliter manducare, Augustino nihil aliud est, ut etiam colligitur ex Tractatu 27. in Ioannem, quam Sacramen-
tum, hoc est, signum externum manducare: quod opponitur non orali, sed spirituali & internæ corporis Christi manducationi, quæ sola fide fit. Et hoc est quod idem Augustinus in Psal. 98. scribit: Non hoc corpus quod vi- detis manducaturi estis, & biberi illum san- guinem, quem visuri sunt qui crucifigent me. Sacramentum aliquod vobis commendauit: spiritualiter intellectum vivificabit vos: & si necesse est illud visibiliter celebrari, oportet tamen spiritualiter intelligi. Itaq; ex his man-ifestum est Patrum dicta, non nisi Sacra- taliter intelligenda esse.

Obiectio secunda Pagina 131.

Obiectio 2.

Augustinus Tractatu in Ioan. 27. monet ut non edamus carnem & sanguinem Christi in Sacramento: sed usque ad spiritus participa-
tionem manducemus & bibamus. Ergo Au-
gustinus aperte docet duplē corporis Christi manducationem in usu Sacramenti:
quarum altera sit, quæ fiat, usque ad spiritus
Antecedens.

ELENCHVS SOPHIS.

participationem , altera sine spiritus participatione in Sacramento tantum.

Expono antecedens . Augustinus in eo loco nihil aliud sibi proponit , quām ut doceat , qui nam accipient corpus Christi : & qui ex mandatione Sacramenti vitam , qui vero mortem percipient . Docet autem eos deum manducare corpus Christi , qui in Christo sunt & manent . Nam ab initio Tractatus huius expressè scribit : Signum , quia mandauit & bibit (intellige carnem & sanguinem Christi) hoc est , si manet & manetur ; si inhabitat & habitatur : si haeret & non deseritur . Deinde apertè indicat eos tantū vitam manducare , qui carnem Christi manducant : mortem vero , qui Sacramentum tantum corporis & sanguinis Christi .

Error figuræ dictionis.

Itaque negandum est consequens : quia in eo error est figuræ dictionis . Nam in Sacramento manducare corpus Christi & bibere sanguinem eius , non significat ore corporis manducare ipsam substantiam corporis Christi sine spiritu sine virtute vivifica . Sed tantum significat externum signum , seu externum Sacramentum corporis & sanguinis Christi manducare & bibere . Quod colligitur ex hoc ipso loco Augustini , in quo in Sacramento manducare & bibere carnem & sangu-

sanguinem Christi, & Sacramentum carnis & sanguinis Christi manducare & bibere synonyma sunt & pro ijsdem accipiuntur. Quod ex integro Augustini loco quem hue adducam, intelligetur. Hoc ergo, inquit, totum no**Integret A**
bis ad hoc valeat dilectissimi, ut carnem Chri**gust. locus.**
sti & sanguinem Christi non edamus tantum in Sacramēto (quod & multi mali) sed usq; ad spiritus participationē manducemus & bibamus, ut in Domini corpore, tanquā membra maneamus, ut eius spiritu vegetemur & non scandalizemur, etiamsi multi modo nobiscū manducant & bibūt temporaliter Sacramen*ta*, qui habebunt in fine tormenta. Hinc ergo **Conclusio:**
Iuce meridiana clarius est, in Saeramēto man
ducere & sacramenta manducare Augustino
idem significare. Iam verò si quæras ex Au
gustino, quid sit Sacramentum, & quid in
S. Cœna manducetur ad exitium? respon
debit Traëstatu in Ioan. 26. his verbis: Huius
rei Sacramentum, hoc est, unitatis corpo
ris & sanguinis Christi alicubi quotidie, a
licubi certis dierum interuallis in Domi
nica mensa præparatur & de mensa Domi
nica sumitur, quibusdam ad vitam, quibus
dam ad exitium: res verò ipsa, cuius Sacra
mentum est, omni homini ad vitam, nulli
ad exitium, quicunque eius particeps fuerit,

ELENCHVS SOPHIS.

Ex quibus recte concludimus Augustinum
substantiæ corporis Christi vnam tantum &
eandem manducationem docuisse, quæ vide-
licet sit fide & spiritu ad vitam æternam.

Obiectio 3. Obiectio tertia Pagina 131. refutationis orthodoxi consensus.

Antecedens. Christus Ioan. 6. verbum Dñe secundò re-
petit, & non contentus est semel posita hæc
verba: Panis, inquit, quæ ego dabo caro mea
est: sed addit, quam ego dabo pro mundi vita.

Consequens. Ergo Christus duplicem carnis manduca-
tionem afferuit.

Expositio antecedentis. Expono antecedens. Christus Ioan. 6.
nobis tradidit & monstrauit verum modum
& usum manducandæ carnis suæ, quem totū
spiritualem & viuiscum fecit. Ibi autem de
orali manducatione carnis suæ, tantum abest
ut aliquid præceperit, ut potius eam omni
contentione oppugnauerit, & Capernaita-
rum animos ab ea traducere summa ope ni-
xus fuerit. In hœc autem ipso versu 51. quem
citant aduersarij, tria nobis à Christo propo-
nuntur, quæ solam spiritualē manducationē
comendant & astruunt. Nam primò Christus
describit nobis eibum illum à proprio adiun-
cto & effectu, dum seipsum appellat panē vi-
uiscum: qui certè panis nō ore corporis, sed
sola fide percipitur: ut etiam corpus Christi

Tria agit
Christus
hoc loco.

1.
Describit
panē à pro-
prio adiunc-
to & effec-
tu,

eruicifixum & sanguis eius effusus. Nam quicquid vitam æternam affert, id ore corporeo nullo modo percipitur, sed sola fide applicatur.

Deinde Christus exponit nobis effectum illius manducationis, qui est vita æterna, quā etiam non aliter quam spirituali manducatione assequimur. Regnum enim Dei seu vita æterna, ut cibus & potus corporis non est, sic quoq; ore corporis non impetratur.

Tertio Christus nobis aperit causam vivificæ carnis suæ & vitæ æternæ, quæ est mors & passio Christi. Ex quibus colligimus Christum non nisi de spirituali manducatione sue carnis locutum esse.

Itaq; negamus consequens, & nostræ negationis has reddimus rationes.

1. Quia in eo est error diuisionis. Nam vobulum dabo minime à posterioribus, quā ego dabo pro mundi vita separandum, & ad oralem manducationem transferendū fuit: quippe cum Christi carnem non alia ratione manducare, quam pro mundi vita datam, possumus. Et hoc est, quod Christus in institutione cœnæ discipulis dedit panem, quem appellavit corpus suum, & corpus tradendum seu crucifigendum. Itaque Christus hoc dicere voluit, carnem meam pro mundi vita datum manducabitis.

N 5

^z
Exponit effectum mai-
ducationis;

Aperit cau-
sam vivifi-
cæ carnis
Christi.

Negatio
consequen-
tis

^z
Bri or dia-
tionis.
Ratio.

Caro Christi
non nisi
passa man-
ducatur.

ELENCHVS SOPHIS.

Figura di-
gionis.

Illustratio.

Fallacia
non causa.

Illustratio.

Reiterque
tus argu-
mentum.

Deinde error est παρὰ τὸ χῆμα τῆς λέξεως : quiq; verbum dare, vt etiam verba edere & bibere Ioan. 6. de orali manducatione nequamquam agunt, sed solam spiritualem manducationem nobis commendant. Id quod ex vers. 32. colligitur. Amen amen dico vobis, nō Moses dedit vobis panem illum cœlestē sed pater meus dat vobis panem illum verē cœlestem. Quæ certe verba manducationem oralē nullo modo astruunt. Idē igitur iudiciū esto de hisce, quæ pro se citant aduersarij.

Tertius error παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον. Nam Christus nō idcirco illud posuit bis, Egō dabo , vt ostenderet duplīcem esse super carnis manducationem: sed vt, quod etiam ante se fecit, declararet, quis nam esset ille panis cœlestis, viuus & viuificus, de quo concionabatur, videlicet non aliis quam sua caro, ea quæ non ore corporis manducanda, sed intra crucis pro mundi vita mactanda. Et hoc omnino sibi velle verba Christi, facile conabit penitus ea insipienti. Panis, inquit, quæ ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita. Iatque caro Christi est manducanda eo modo quem Christus Ioan. 6. explicauit, & ea caro manducanda est, quam Christus tracidit pro mundi vita. Sed reiterque mus argumentum.

Si Christus Ioan. 6. nobis eum modum
quo in cœna suam carnem manducandam
tradit his verbis exposuit, tum sequitur car-
nem Christi in cœna non aliter quam fide &
spiritu ad vitam æternam manducari. Ratio
connexionis est; quia Christus ibi non nisi de
spirituali manducazione disputat.

Sed antecedens ex Hypothesi aduersario Assumptio
rum verum est.

Ergo & consequens verum esse oportet. Cōplexio.
Deducamus ad absurdum. Deducatur
ad absurdū Propositio

Si Christus Ioan. 6 docuit oralem mandu-
cationem, tum sequitur, Christum immerito
reprehendisse Capernaitas, ea sibi imaginan-
tes. Sed hoc est absurdum.

Ergo & illud. Assumptio.
Cōplexio.

Item: Si Christus ibi oralem docuit man-
ducazione, tum sequitur, omnes impios,
quotquot ad cœnam Dominicam accedunt
vitam æternam habituros. Nam Christus hoc Ratio con-
eodem versu expresse testatur eum, qui de next.
hoc pane ederit, vitam æternam habere. De
inde nemini dubium est, quin data orali
manducazione impij non minus manducent
corpus Christi quam pij.

Sed impios vitam æternam habituros di Assumptio
cere impium est, & ab omni Scriptura ab-
horret.

DE UNIONE SACRAMENTI

Cōplexio.

Corrigitur
error.

Obiectio 4

Antecedēs.

Cōsequens

Figura di-
onis.

Paralogis-
mus secun-
dum quid.
Ratio.

Ergo & oralis manducatio impia est &
Scriptura aliena: ut pote ex qua tantum absu-
dum necessariò consequatur. Quapropter
ut hæc portenta absurdorum vitemus, nobis
persuadeamus Christum & Ioan. 6, & in cœ-
na nullam aliam manducationem quam car-
nis suæ crucifixæ, eamque spiritualem do-
cuisse.

Obiectio quarta, pagina 235, refutationis
orthodoxi consensus,

Manducare carnem Christi Ioan. 6, est cre-
dere in Christum. In Eucharistia manducare
est ore manducare. Ergo est alia manducatio
Ioan. 6. alia in cœna: Ibi spiritualis, hic vero
oralis.

Ad antecedentis prius membrū respon-
detur, in eo committere aduersarios errorem
ταῦτα χῆμα τῆς λέξεως. Nam manducare
carnem Christi, ibi non tantum significat in
Christum credere, sed Christū cum sua mor-
te & passione vera fide complecti, sibi ad ul-
tam æternam applicare, Christo inseri, mem-
brum Christi fieri, adq; adeo in Christo ma-
nere & Christum in se manentem habere.

Ad alterum vero membrum responderet
committi paralogismum secundum quid.
Si externa symbola, quæ in cœna adhiben-
tur respicias, recte dicimur ea manducare
etc:

ore: Si vero rem ipsam, ut non alia est Ioan. 6.
& in cœna, ita utrobiq; vna & eadem est man-
ducatio.

Itaque negandum est consequens: quia la-
borat paralogismo accidentis. Non enim se-
quitur, alia sunt in Eucharistia signa externa
quaे Ioannis 6. non sunt: & illa oꝝ mandu-
cantur.

Ergo res quoq; cuius sacramenta seu si-
gnata sunt eodem modo, videlicet ore corpo-
ris manducantur. Perinde autem argumen-
tantur aduersarij, ac si quis diceret, Externus
sonus verbi auditu percipitur, Ergo res ver-
bo promissa externis auribus percipitur &
nobis applicatur. Itaque firmum fixum
que manet, vnam eandemque esse mandu-
cationem carnis Christi, extra cœnam & in
Cœna.

Obiectio quinta. Pagina 571. Obiectio 5.
Manducatio in cœna potest fieri ad iudici-
um. Ioan. 6. non potest. Antecedens

Ergo alia est manducatio carnis Christi in Cōsequens
cœna, alia Ioan. 6.

Respondeatur, Ad prius antecedentis mem-
brum, Ipsum Christi corpus omnibus man-
ducantibus vitam æternam assert. Sacramen-
tum autem seu signum externum ab alijs ad
vitam, ab alijs ad exitium manducatur. Et

Negatori
consequens
quia est pā
ralogismus
accidentis.

Illustratio.

Obiectio 5.
Antecedens

Responso
ad prius
membrum.

ELENCHVS SOPHIS.

hoc est quod Augustinus Tractatu in Iohannem 26 docet: Sacrementum de mensa Domini alijs ad vitam, alijs ad iudicium sumi: rem vero ipsam omni homini ad vitam. Itaque negandum est consensu equens: quia in eo est error secundum quid.

In cena fit manducatio ad mortem, non corporis, sed signi seu Sacramenti corporis. Sicut & in verbo, auditus fit ad mortem non ihs qui rem verbi percipiunt, sed ihs qui externam tantum literam percipiunt. Itaque corpus Christi ubique perceptum vivificat.

DE FORMA:

Obiectio. Contra unionis nostrae cum Christo formam, quam totam spiritualem facimus, refutatio orthodoxi consensus Pagina 92. ad hunc modum scribit.

Deinde petulanter & malitiosè in alienum & peruersum sensum detorquent verba scriptorum ecclesiasticorum, de inhabitatione Christi in nobis & communicatione carnis eius, dum scribunt: Christum carni nostrae communicare, eoque modo in nobis per carnis assumptionem esse, nosque in seipso habere, quoniam naturam nostram assumpsit.

Et paulò post. Quod enim compilatores inhabitacionem Christi in nobis non aliani docent, quam quod Christus carnem nostram assumpsit, hoc non est scripturam sacram explicare, sed deprauare: quia de longe alia ratione communicationis carnis Christi & inhabitacione illius in sanctis, sacræ literæ & orthodoxy patres loquuntur. Hæc illi.

Quibus simpliciter & rotundè respondeatur: Neq; fallacia à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, item paralogismo divisionis nostra doctrina ingenuè à vobis refutatur, sed malitiosè & sophisticè deprauatur. Deinde nos quoq; multò aliter, quam vos hoc loco consuetis vestris paralogismis referatis, loquimur, sentimus, & credimus. Atque hoc ita se habere integræ de hac re orthodoxy consensus sententiæ cōmemoratione plenum faciam, atque hac vna depravatione omnibus pijs vestrum bene dicta calumniandi, peruerendi, mutilandi cacoethes conspicendum proponam. Orthodoxus igitur consensus paginario facie a. vnde vos pauca ista verba cōpilastis, & vestra quadā inuisibili & supernaturali fide fœdissimè truncastis, de hac re italoquitur.

Neq; vero solum cum ipso incarnationis seu personalis vñionis, verum etiam totius hu-

Fallacia à
dicto secundum
dum quid,
& divisione.

Adversariorum
rum status
& delus
malius dicit
gitur.

Orthodoxus
xus centen
sus pag. 20.

ELENCHVS SOPHIS.

manæ redēptionis, nostræq; cum Christo incorporationis mysterio, quod in S. cœna Dominica fit & peragitur, pugnat hęc recens in Ecclesiam inuecta horrēda erroris opinio. Eiusmodi namq; veri corporis Christi sanctitā est in institutione & vsu S. cœnæ communicatione, quod propter nos & à nobis assumptum in nostræ substantia & veritate naturæ redemit Christus, & glorificatum levavit in cœlum, & ad dextram patris collocauit primicias nostras. Huius corporis ut capitib; nostri membra sumus, os de ossibus ipsius, cui conformes efficiemur; cum reformabit corpus humilitatis nostræ. Hoc certum fidei nostræ pignus, hęc ipsis est & consolatio nostra: ut sicut Christus cuncti nostræ communicauit, eoq; modo in nobis per carnis assumptionem esse dicitur: ita nos vicissim communiciemus carni ipsius, sicq; fratres & concubores eius siamus. Et hinc consuetum est, veteris & purioris Ecclesiae patribus ab effectu sacramentorum, unitatem corporis, quod indeles in capite Christo sunt, eiusque naturalem unionem cum membris suis, tanquam palmitum cum vite, coniunctionem probare.

Sententia
orthodoxi
conicentus

Ex hisce intelligit pius lector, orthodoxo consentanei nihil aliud propositum esse, quam ut pro-

ADVERSARIORVM.

105

Ut probet nos in sacra cœna corpori non in-
visibili sed visibili, nō infinito, sed finito, non
supernaturali sed naturali, non ubiquitario
sed loco circumscripto communicare: quia
non aliis corporis, quam eius, quod Chri-
stus de nobis assumpsit, & in quo nos rede-
mit sim us participes. Hoc cum egregij isti A-
ristarchi refellere aut negare non auderent,
& tamen absurdum, quod ubiquitas parit, ani-
maduerterent, vtuntur huiusmodi bella Ratio aduersariorum.
πλανήσει atque sophistico artificio solidè re-
futationi, quam pollicentur, putidam calum-
niam substituunt; qua arbitrantur se posse
incauto lectori imponere, atque suis mulier-
culis nostram doctrinam suspectam & exos-
sam reddere. Ut verò hæc ita esse intelligat
pius lector, consideret etiam ea, quæ Ortho-
doxus consensus eadem pag. fac. b. habet.

Hæc & alia Hilarius, qui sicut & Cyrillus,
incarnationis & S. Eucharistiæ mysterium
nostræ cum Christo, non voluntatis consen-
su tantum, sed perfectæ secundum naturam
vnionis sacramentum esse, ideoq; de veritate
corporis & sanguinis Christi, ab hoc indubi-
tato nostræ cum eo per naturam vnitatis te-
stimonio, nullum ambigendi locum esse reli-
ctum, cum ipsius Domini professione & fide

O

ELENCHVS SOPHIS.

nostra verè caro & sanguis sit, quæ sumpta
& hausta efficiat, ut & nos in Christo & Chri-
stus in nobis sit, sentire & ostendere voluit.

Item paulò post. Eandem itaque & veri-
tatem & rationem veræ carnis, ex hoc vere-
ris Ecclesiæ consensu concedi est necesse,
quam per incarnationis mysterium assump-
tit Christus, & quam sub mysterio cōmuñia-
nis participamus. Alioqui illa corporalis
& naturalis vnitas nostri cum Christo ab hac
carnis ipsius sub mysterio communicatione
probari.

Vana protes-
tatio ad
versiorū.
Itaq; vana & inutis est vestra illa protesta-
tio pagina 93.

Ratio.

Medus a-
genda ad
versiorū.

Quis vero adeo stupidus est, qui non vide-
at & manibus palpet, commemoratos patres
in his quoq; ab ipsis compilatoribus recita-
tis testimonij non de incarnatione filij Dei
loqui, eoq; modo tantum, quo per incarna-
tionem vnum cum omnibus hominibus fa-
ctus est. Non hæc non nostra doctrina, vt ex
modo citatis patet, sed vestra calumnia, sed
vestra sophistica, sed vestra impudentia: qua
benè dicta in alienum sensum rapitis, & que
refutare non modo non potestis, sed ne ten-
tatis quidem, mutila & manca proponitis, vt
ita sine capite & pedibus pio lectori defor-
mia & monstrosa videantur. Atq; hæ sunt so-
lat ve

tae vestrae artis, sola arma, quibus orthodoxū consensum non solidē, ut gloriātini, confutatis, sed sophisticē & subdolē deformatis, atq; vos omnibus rectē sentītibus ridendos vel potius comiserandos propinatis.

Cæterum hæc vestra perfidia & impudenteria propediem à nostris hominibus planius detegetur.

Iam vēro contra spiritualem vniōnem, quā nōs docēmus, & ex verbo Dei superiori tra statu asseruimus, quomodo hoc loco, sed val dē obliquē argumētentur aduersarij, paucis vidēamus.

Obliquus
aduersarij
rum arguē
mentatio.

Cyril. Si quis cērat liquefactę aliam cēram infuderit, alteram cum altera totam permisēt: Sic necesse est si quis carnēm & sanguinē Domini recipit, cū Christo ita coniungatur, vt Christus in ipso & ipse in Christo maneat.

Chrysostomus. Singulis fidelibus per hoc mysterium sese coniungit Christus, & admiranda mysteria nobis data sunt, vt simus unum corpus, & membra ex carne & ossibus eius, eoque modo in vnatim cum eo massam redagimur, vt corpus cum capite vniatur.

Nyssenus. Ratione participationis mysterij huius aleans corpus suum, quod est Eccl. Nyssenus

ELENCHVS SOPHIS.

Hilarius.

Hilarius. Nos verè sub mysterio carnem corporis sui sumimus, & per hoc unum erimus.

August.

Augustin. Vnusquisq; sidelium corporis ex sanguine Christi particeps est, quando in baptisme membrum efficitur Christi in vni tate corporis eius constitutus.

Leo.

Leo. Hoc agit participatio corporis & sanguinis Christi, vt in id, quod sumimus, hoc est in carne ipsius, qui caro nostra factus est, transamus.

Cōsequens

Ergo patres talem modum cōmunicatio-
nis in cœna docuerunt, qui sit non spiritus
tantum, sed etiam carnis illius communio.

Expositio
Antecedentia.

Exponamus antecedens, quod constat in
ductione testimoniorum.

Patres quotquot hoc loco & à nostris &
ab aduersarijs citantur, loquuntur non de
modo seu forma *κοινωνίας* Christi & nostra-
cum eo unionis, sed de obiecto cui vnimur &
cui coniungimur non in sacramentis tantum
sed etiam extra eorum usum. Obiectum enim
non solum spiritus Christi, sed etiam corpus
& sanguis eius est: modus vero non nisi spiri-
tualis est. Atq; hanc esse ipsissimam patrum
lorum testimoniorum quæ hic producuntur
planum fiet.

I. Ad

I. Ad Cyrilli testimonium quod attinet, Testimo-
nium Cy-
rilli.
Primo notandum eum similitudine ceræ nō Cur usus
similitudi-
ne ceræ.
confusionem aut mixtionem physicam, sed arctissimam nostri cum Christo coniunctio-
nem innuere. Deinde eum non de modo v- De qua us-
nionis lo-
catione.
nionis corporali aut physico, sed de spiritua-
li, qui sola fide sit loqui, colligitur ex eo, quod ex Ioan. 6. cap. vsum & fructum, qui est man-
sio Christi in nobis & nostri in Christi, man-
ducationis spiritualis & fidei repetit.

Si autem aduersarij ex hoc loco vrgent Absurdum
corpoream seu oralem carnis Christi perce- Propositio
ptionem, tum ad hoc absurdum recte dedu-
cuntur. Si Cyrillus non de spirituali, sed ora- Ratio con-
nexi.
li manducazione loquitur, tum sequitur etiā
impios manere in Christo, & Christum in i-
psis. Nam aperte inquit Cyrillus, necesse est si quis carnem & sanguinem Domini recipit Ratio con-
nexi.
cum Christo ita coniungatur, ut Christus in
ipso maneat, & ipse in Christo.

Sed hoc postremum est absurdum, etiam Assumptio
confitentibus aduersarijs.

Ergo & illud absurdum erit. Cōplexio.

Retorqueamus argumentum: Si Cyrillus Retorques-
tur argumē-
tum.
loquitur de manducazione Christi, quæ in Propositio
cœna fit, tum sequitur vnam eandemq; Ioan. 6. & in cœna manducazionem. Ratio con-
nexi.
Ratio con-
nexi est: quia Cyrillus citat verba ex Ioan. 6.

ELENCHVS SOPHIS.

Assumptio & mādicationi, de qua loquitur, accommodat.
Sed antecedens non solum concedunt, sed
etiam vrgent aduersarij.

Cōplexio. Ergo & consequens concedat necesse est.

Ergo ut tandem concludamus, Cyrillus
obiectum vniōnis fecit corpus Christi, mo-
dum autem siue formam tantum spiritualem
fidei propriam viuificamq; docuit.

Sensus di-
cti Chryso-
stomi expli-
citur &
quaeritur ra-
tionibus
probatur. II. Dicti Chrysostomi eadem planè est ra-
tio, eademq; analysis. Nam & is modum spiri-
tualem facit, eumq; soli fidei tribuit, ut maxi-
mè obiectum cui vnimur, non solum spiritus
sit, sed etiam corpus Christi: id quod quatuor
rationibus euincitur. 1. Facit mentionem si-
delium; atque ideo infideles à communione

2. corporis Christi excludit. 2. Inquit, Vnum
corpus sumus; ubi effectum cœnæ attingit;
qui certè non corporeus sed spiritualis est.
Nam fideles spirituali tantum modo, non au-
tem corporeo vnum corpus sunt. 3. Addit,
Et membra ex carne & ossibus eius: quæ ver-
ba, ut ex Paulo 5. ad Eph. patet, de spirituali
modo intelliguntur. 4. Ut corpus cum capi-
te vniatur; quæ similitudo spiritualem tantū
vniōnis modum nobis commendat, ut colli-
gitur ex 3. ad Eph.

Absurdum
Proposito Deducatur & hoc argumentum ad absur-
dum. Si Chrysostomus loquitur de orali &
corpori

corpoream mandatione, tum sequitur etiam
impios & fide carentes coniungi cum Chri-
sto: esse unum cum eo corpus: membra ex
carne & ossibus eius: cum Christo capite
vniri.

Sed hoc est absurdum, ac menti Chrysostomo
mi contrarium. Ergo & illud.

Retorquetur argumentum. Si Chrysostomus
loquitur de *xοιωνια*, quae fit in cœna,
tum sequitur Christum in ea se tantum fide-
libus communicare. Connexum probatur a-
xiomate illo: Contraria contrariorum sunt
consequentia. At Christus, ut inquit Chrysos-
tomus, se singulis fidelibus communicat.
Ergo nulli infidelium.

Sed antecedens est verum, ex aduersario-
rum sententia.

Ergo & consequens verum sit necesse est.
Si Chrysostomi locus verus est, tum se-
quitur locum Pauli in priori Epist. ad Corin-
tios 10. Cap. agere de communione spiritua-
li. Nam Chrysostomus eum accommodat spiri-
tuali vnioni.

Sed locus Chrysostomi aduersariorum cal-
culo probatur.

Ergo & consequens probent necesse est.
III. Eodem recedit testimonium Nysseni:
qui vnionem nostram cum Christo, cuius in S.

*Assumptio
Complexio.*

*Retorque-
tur argu-
mentum.
Propositio.*

*Ratio con-
nexi.*

Assumptio

*Complexio.
Retorque-
tur iterum.
Propositio
Ratio con-
nexi.*

Assumptio.

*Testimoni-
um Nysseni*

ELENCHVS SOPHIS.

cœna sumus participes, desinit alimento mysticū corporis Christi, quod est Ecclesia: quod non fit orali manducatione corporis eius, sed vi & virtute spiritus sancti, qua nobis per fidem applicatur. Et hoc est, quod subiungit Nyssenus (quæ verba refutatio certo consilio sibi omittenda putauit) Et conueniente quādam ratione membra sibi per fidem adnascētia communi corpori agglutinans, illud ipsum decorum reddit.

NOTA.

Absurdum.
Propositio

Deducantur eis adūratov; Si Nyssenus loquitur de orali manducatione, tum sequitur, Christum in cœna suo corpore etiam alere impios, & infideles esse ecclesiam.

Assumptio.

At hoc est absurdum & adūratov:

Ergo & illud tale erit.

Cōplexio.
Rerorques
tur argumē
tum.
Propositio

Retorqueamus argumentum. Si Nyssenus loquitur de participatione quæ sit in cœna, tum sequitur, neminem fide destitutum aliquo corpore Christi, ac per consequens nec manducare id. Si Nyssenus loquitur de ea participatione.

Assumptio

Cōplexio.

Ergo nemo fide carēs alitur corpore Christi, ac per consequens, nec manducat illud.

Hilarij te-
stima onium.

4. Idem planè docet Hilarius: nam duo distincta ex Iohann. 6. ad hanc quam vocat vniōnem naturalem, probandam & illustrandā referuntur quæ refutatio familiari suo diuisionis paralogismo.

logismo tacita præterijt. Sic autem habent, **NOTA.**
 De naturali ipsius in nobis veritate ipse ait:
 Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè
 est potus. Et paulò post. **Quod** autem natura
 lis hæc vnitas nobis cum Christo sit, ipse te-
 status est dicens: **Qui** edit meam carnem &
 bibit meum sanguinem, manet in me, & ego
 in eo.

Itaque Hilarius vniōnem nostri cum Chri-
 sto naturalem vocat, non quod vnio ista sit
 physica, qualis est membrorum & capitis in
 corpore humano, sed quia duæ naturæ eius-
 dem essentiæ vniuntur, non ore corporeo,
 non contactu corporeo, sed spiritu & fide
 tantum.

V. Cum superioribus consentit Augusti- **Testimo-**
 nus: quia docet, nos non modo in cœna, sed **nium Au-**
 etiam in baptismo, qui coenam Dominicam
 præcedit, sanguinis carnisq; Christi partici-
 pes fieri, atque eius membra euadere. Vnde **Duo notan-**
 duo aduersus aduersariorum doctrinam no- **tur.**
 tare possumus.

I. Nos antequam ad cœnam Dominicam
 accedamus carnem Christi manducasse, &
 membra Christi esse: atque idcirco non ne-
 cessere esse ut in pane & sub pane corpus Chri-
 sti ore corporis intra nostra corpora corpo-
 raliter recipiamus: quippe cum corpus iam

ELENCHVS SOPHIS.

manducatum non manducetur amplius : &
is qui membrum Christi est, non necesse ha-
beat, nec possit denuò membrum eius fieri.
Itaque panis cœnæ Domini non continet in
se corpus Christi ut infantem cunæ, sed cor-
pus Christi iam nobis communicatum obli-
gnat, fidemq; confirmat.

II. Deinde ad nostram cum Christo v-
nionem non reqsiri oralem & corpoream
manducationē: vt pote sine qua & ante quam
vnum iam cum eo corpus fiamus.

Sententia
Leonis.

VI. Denique idem planè vult sententia
Leonis, hoc est, nullum alium vniōnis & com-
munionis modum statuit, quām spiritualem:
quippe cum non nisi fideles & non nisi fide-
spirituque in corpus Christi transeunt, hoc
est, ipsi in Christo, & Christus in ipsis ma-
neat.

Ex his videre est multò rectius in aduer-
sarios congruere bella ista clausula, quam in
nos vibrare non erubescunt. Suo ergo gladio
ingulantur compilatores, dum pro se vetu-
statis testimonia producunt, quę illorum im-
pietatem apertè confutant.

Negatio cō-
sequens. Itaque negandum est aduersariorum con-
sequens, idq; duabus potissimum de causis.
Auphilo-
tia. Primo quia laborat vitio ambiguitatis, qua
nunquam non ludunt & pio lectori tenebras
ofſun-

offundunt refutatores isti. Si enim intelligunt per communionem spiritus & carnis obiectum, cui vnimur, & cui participamus, ipsi plane assentiemur, ut hactenus assensi sumus. Nunquam enim docuimus vniōnem nostram cum Christo esse tantum communionem Spiritus: sed semper confessi & professi sumus nos etiam cum corpore Christi verè coniungi.

Si verò per carnis communionem intelligunt oralem manductionem, & corporeum suum actum, aut corporeum communionis modum, dicimus eos & sibi & alijs impone-re errore figuræ dictiōnis: quæ altera est nostræ negationis causa. Nam patres, quando affirmant nos carni Christi participare, aut carnem Christi manducare, non loquuntur de modo vniōnis nostræ, sed tantum de obiecto. Obiectum patribus non modò spiri-tus Christi est, sed etiam caro eius. Modus verò patribus non nisi spiritualis est & fide constat: id quod ex modò dictis aperte col-ligitur.

Figura dicitur
dictiōnis.

D E E F F E C T V vniōnis.

Contra effectum corporis Christi, quem salutem & vitam æternam esse diximus, hæc

ELENCHVS SOPHIS.

Obiectio 1. sequentia potissimum obijcit Refutatio orthodoxi consensus. 1. Pag. 570.

Antecedēs. Indigni manducant sibi in cœna iudicium quia non dijudicant corpus Domini.

Consequēs. Ergo corpus Domini etiam verè manducant.

Scopæ dis-
solutæ. Argumenti, ut vides, pie lector, nulla est connexio, nulla apta & legitima dispositio, nihil nisi scopæ perturbatæ & dissolutæ, quibus oculi & animi simplicis lectoris tanquam

Error $\pi\alpha\rho\alpha$ præstigijs quibusdam perstringuntur. Quæcākē $\tau\epsilon\eta\mu\nu\tau\omega$ propter si hunc tetrū $\pi\alpha\rho\alpha$ τὸ μὴ ἐπόμενον errorem in legitimam argumentationis formam redigamus, sua sponte corrueat, atque se aduersarios non iuuare vltro testabitur. Nam syllogismus perfectus hic erit.

Propositio. Quicunq; non dijudicant corpus Domini manducant sibi iudicium.

Affumptio. At indigni manducantes non dijudicant corpus Domini.

Cōplexio. Ergo indigni manducant sibi iudicium.

**Allylogi-
stia & error
à nō causa.** Ex his quiuis facile intelligit præter errorem à non consequenti, & præter ἀσυλλα- γιστας in arguento aduersariorum etiam errorem esse apertissimum $\pi\alpha\rho\alpha$ τὸ μὴ αντίον ὡς αἴτιον. Nam iudicij causa non ponitur à Paulo vera manducatio carnis Christi, sed

Ratio.

Iti, sed eius contemptus & neglegitus: siue caro Christi manducata non est causa iudicij, sed caro non dijudgeta, hoc est contempta, & indignè tractata. Id quod vel ex illo Christi dicto Ioan. 6. apparet. Amen amen dico vobis nisi ederitis carnem filij hominis, & bibetis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui edit carnem meam, & babit sanguinem meum, habet vitam æternam.

Deinde in argumento est error figuræ distinctionis. Nam corpus Christi ⁱⁿ *stanchivere* non significat corpus indigne manducare ore corporeo, sed corpus Christi indigne tractare, atque sua negligētia profanum ducere. Id quod ex Pauli loco ad Hebr. 10. colligitur. Qui violarit legem Mosis absque misericordia ex duorum aut trium testimonio moritur. Quantò putatis acerbiori supplicio dignus censabitur, qui filium Dei conculcat, & sanguinem foederis per quem fuerat sanctificatus profanum duxerit, & spiritum gratiæ contumelia affecerit.

Præterea in collectione aduersariorum est Petitius quoque error & quidem crudissimus tauto-^{principij} logiæ & petiti principij. Nam si, Non disernerere, idem significat, quod verè manducare, ut volunt aduersarij, tum in hunc modum colligent. Indigni manducant sibi iudicium:

ELENCHVS SOPHIS.

quia manducant corpus Domini. Ergo indigni manducant corpus Domini. Syllogismus perfectus hic erit.

Qui manducant corpus Domini, ij manducant corpus Domini.

Sed indigni manducant corpus Domini.

Ergo indigni manducant corpus Domini.

Anile, ineptum, ridiculum. Sed ex absurdum nil nisi absurdum.

Et rorū nra p. Non enim sequitur, Qui rem non dijudicat, hoc est, non magni facit, & in pretio habet, eam manducat ore corporis. Nam quæ parui ducimus & contemnimus, ea auersamur potius, & respuiimus, quam in os ingeramus. Deinde quoque id multò minus consequens est, Qui manducat aliquid, id non dijudicat, hoc est aspernatur, auersatur, & pedibus conculcat.

*Correcitio
erratum. Itaque ut multiplices hosce errores corrigitamus, dicamus & sentiamus corpus Christi non a manducatum, sed contemptum nec digna reuerentia tractatum causam iudicari esse.*

Obiectio 2. Obiectio 2. eadem pagina.

Qui manducat panem Cœnæ Domini, Antecedens?
non dijudicans corpus Domini, est reus cor-
poris & sanguinis Domini.

Ergo non panem tantum : sed etiam ve- Consequens
rum Christi corpus in Sacramento man-
ducatur.

Antecedens, utpote ex Pauli mente de- Cōcedit
ductum, & nostram quoque sententiam lu- antecedens
culerter confirmans, libenter concedimus,
& nostro præconio verum esse testamur. At
vero aduersariorum consequens minus ex
eo colligi & sequi, quam hanam ab Asino ex-
pectari affirmamus atque sequentibus ratio-
nibus euincimus.

Nam I. in eo est error petiti principij,
quam toties ut cramben, quæ quidem non Petiti prin-
nobis sed ipsis mors est, repónunt. Nam non cipium.
dam ex verbo Dei, quod tamen audacter sibi
sumunt, panem & corpus Christi uno eo-
demque modo, uno eodemque ore mandu-
cari probauerint. Quin imò nos in superio-
ribus contrarium ex verbo Dei demonstra-
vimus: quippe cum promissio gratiæ, qualis
est corpus Christi crucifixum, non nisi fide
vera & spiritu percipiatur.

II. Est fallacia à non causa: quia Paulus Fallacia
istius reatus causam non facit corpus Christi Re dicitur.
perceptum, sed corpus non dijudicatum.

ELENCHVS SOPHIÆ.

3.
Error à nō
causa.
Ratio.

III. Rursus est fallacia à non causa ut cau-
sa. Nam *μὴ διανοεῖν οὐδείς*, seu non discernere,
non est causa manducationis, multò minus
ipsa manducatio; sed causa est criminis læse
maiestatis diuinæ & corporis Christi: quod
admittent omnes, quotquot non dijudicant
corpus Christi.

4.
Error pā-
pā tō iñō-
meror.

IV. Error est à Non cōsequente. Non e-
nim sequitur, qui reus est rei alicuius eam ne-
cessitatem manducare. Nam Iudæi, qui Chri-
stum iniustè accusarunt, cruci affixerunt, con-
tumelijs affecerunt, ludibrio habuerunt, rei
fuerunt corporis, non tamen inde sequitur
quod ore corporis corpus Christi manduca-
rint. Itaque hæc argumentatio aduersario-
rum, Indigne manducantes panem cōnārei
fiant corporis Christi: Ergo corpus Christi
manducant, nihil aliud est quam fundamen-
tum in aqua positum.

- Obiectio 3.: Obiectio 3. pag. 587.
- Propositio. Ut habet sol ad ceram & lutum: sic se habet
corpus Christi ad fideles & infideles.
- Assumptio. Sed sol ceram liquefacit, lutum indurat.
- Cōplexio. Ergo corpus Christi à fidelibus mandu-
cum viuiscat, ab infidelibus perceptum mor-
tificat.
- Propositio
Ialsa. Respon. Propositio infirma & omnino fa-
sa est, idq; propter dissimilitudinem: quare
comparata

comparatur ~~hic dicitur~~ dissentiunt: id
quod pacis demotstrabimus.

Nam primò si duos priores comparatio-
nis terminos, hoc est, solēni & corpus Chri-
sti cōsideres, summa dissimilitudō occurret:
Solis enim propriā èrépyēta seu naturā non
est vel liquefacere vel indutare, sed suis ra-
dijs res omnes collustrare & calore suo foue-
re: quarum deinde aliæ liquēfiunt, aliæ mol-
lescunt; aliæ indurantur; aliæ alio modo affi-
ciuntur. At verò corporis Christi percepti &
cōmunicati proprium & solum effectum est,
viuiscare. Qui édit carnem meām & bibit
meum sanguinem, habet vitam æternam. Io-
hān. 6. ver. 54. Atque idcirco viuiscatio cum
corpore Christi percepto cōnuertitur: vbi
enim corpus Christi, ibi vita, vbi vita, ibi cor-
pus Christi. At liquefactio & induratio sub-
stantiarum cum sole nequaquam cōmeat.

Deinde si respicias duos posteriores ter-
minos lutum cum cera, & fideles cum infide-
libus, ibi quoque non minorem dissimilitudi-
nem deprehēndes. Nam cera & lutum non
hisi disparatè opponuntur: fideles autem &
infideli non nisi priuatiuē. Itaque tam lutum
quam cera affecta est & comparata ad solis lu-
men & ardoreni percipiēdū: quia neutrū
facultate & iuistrumento cum percipiendi &

Dissimilitudō.

Dissimilitudō.

ELENCHVS SOPHIS.

in se recipiendi priuatur. At quò ad fideles & infideles, res se longè aliter habet. Nam iij priuatiuè opponuntur, atque ideo non utriusque par ratione effecti & idonei sunt ad corpus Christi percipiendum: quippe cum infideles instrumento, quo solo corpus Christi accipiatur, destituantur: qua ratione infideles dicuntur. Itaque non similitudo sed dissimilitudo est disparata cum priuantibus conferre.

3.
Dissimilitudo. Denique in tertio quoque, in quo ista duo comparantur, maxima dissensio est. Nam sole calore suo non magis prodest ceræ quam luto, nec magis officit luto quam ceræ, nec magis calefacit & collustrat ceram quam lutum: nec magis destruit lutum quam ceram: nec magis largitur integratem ceræ quam luto. At verò corpus Christi ab illis monstrose & impiè fingitur infideles, à quibus manducatur, occidere & æternis supplicijs mactari. Ex quibus omnibus apparet, quam ἀλογος & quam minimè conueniens sit hæc aduerbiorum similitudo. Quia certè nihilo plus aequaliter, quam ut suam artis logicę imperitiam, & causæ, quam tueri conantur, infirmitatem presentant.

Obiectio 4. Obiectio 4. eadem pagina.
Antecedens Christus non solum habet potestatem vivificandi, sed etiam iudicandi.

Ergo

Ergo quoque potest manducari ad iudicium & mortem.

Exponamus antecedens. Christus equidem ut habet potestatem iudicandi, ita plena & perfecta potestate instructus est alijs, ut potest fidelibus, vitam elargiendi, alijs vero, ut potest infidelibus, exitium aeternum afferendi. Diligenter autem attendendum est, quomodo Christus haec duo diuersa effecta edat. Scriptura omnis docet eos vitam aeternam consequi, qui Christum vera fide amplectuntur: qui carnem Christi manducant: qui Christo capiti adhaerent & inseruntur, qui in Christo tanquam palmites in vite manent.

At contra (nam contraria contrariorum perpetuo sunt consequentia) nullam aliam causam nobis ostendit, cur alijs ab uno & eodem Christo aeternis supplicijs afficiantur, quam quod Christum sua incredulitate repudiant: quod carnem Christi non manducant: quod a capite Christo, unde vita in omnibus membra dimanat, quam longissime se iunguntur: quod in Christo tanquam vite succum vitalem in palmites deriuante non manifestent. Haec autem ita se habere cum alijs locis nostris docetur, tum ex his paucis testimoniis colligitur. Qui non credit iam iudicatus est: quia non credit in nomine virginis

ELENCHVS SOPHIS.

Filij Dei. Ioan.3. ver.18. Nisi manduaueritis carnem Filij hominis, & sanguinem eius bibitis, non habetis vitam in vobis. Ioan.6.v.23. Nisi quis in me manserit, eiēctus extra, statim ut palmes aresceret: deinde coguntur isti & in ignem abiciuntur, & ardent. Ioan.15.ver.6.

Error 2no Itaque negatur aduersariorū consequens: quia in eō est error παρὰ τὸ μὴ αἴσιον ἀλλαγήν.

Crime falsi. Nam non manducatus, sed repudiatus & abiēctus Christus dāmnat: quod ex modo dicti facilē colligitur. Atque idcirco valde αλάγως & insolenter ac falso nobis hac ea-

dem pag. refutatores impingunt crimen τῆς αἰνείατος atque impietatis, quasi Christum ab officio iudicandi remoueamus, atque diuina sua maiestate spoliemus. Nam alijs strophas sophisticas affingendo, non attendūt se in eas

Fallacia duplex. incitato & imprudenti cursu prolabi. In hac enim eorum calumnia & fallacia παρὰ τὸ μὴ αἴσιον, & paralogismus à dicto secundum

quid ad dictum simpliciter occurrit. Non enim sequitur: Zuingiani negant Christum manducatum & perceptum iudicare. Ergo Zuingiani Christum ab officio iudicandi remouent, & sua maiestate diuina exuunt

Absurdum. Nam perinde faciunt, ac si quis hoc modo coligeret. Christus non nisi manducatus & per-

ceptus

ceptus viuificat. Ergo Christus omnino non viuificat. Sed hæc est perpetua aduersariorum consuetudo & inueterata illa calumnia, qua nobis, cum ad obiecta argumenta responderemus aut suā sophismata excusare non valent, continuò fucato quodam pietatis, quam præse ferunt, studio apud imperitum vulgus vociferantur, nos negare Dei omnipotentiam, Deum arguere mendacij, Christo suam gloriam detrahere & inuidere, Christum de dextera Dei deturbare. A quibus blasphemis nostris semper tam longè absuerunt, quam longe aduersarij à veritatis studio & pietatis amore absunt, dum hæc falsa crimina in nos comminiscuntur, & in vulgus spargere non erubescunt. Quæ omnia ut tandem agnoscant ac seriam pœnitentiam pro ijs agant, faxit Dominus. ◎

Obiectio 5. Pag. 588.

Obiectio 5.
Propositio.
Qui docent Christum non nisi contem-
ptum & repudiatum damnare, iij commit-
tunt errorem à dicto secundum quid ad di-
ctum simpliciter,

At compilatores dicunt Christum non ni-
si contemptum & repudiatum damnare.

Ergo committunt paralogismum à dicto Cōplexio.
secundum quid ad dictum simpliciter.

Propositionis rationem hanc afferunt:

ELENCHVS SOPHIS.

Ratio pro- Non enim propterea absentem habent Christum , qui eum contemnunt & repudiant. Repudiant quidem salvatorem , sed coguntur iudicem admittere.

Responsio. Responsio. Ad propositionem eiusq; probationem expedita & parata est responsio, eam tot ferè scatere ulceribus , quod constat verbis. Nos præcipua tantum deinceps annotabimus.

1.
Erroru cons
sequentiis.
1. Est error *παρὰ τὸ μὴ ἐπόμενον*. Non enim sequitur, Infideles & impij habent Christum præsentem. Ergo Christum manducant & intra se recipiunt. Atque hoc tam non sequitur, quām illud, Cæci habent lumen solis præsens. Ergo cæci lumen solis recipiunt.

2.
Fallacia à
non causa.
2. Est fallacia à non causa. Nam Christus præsens non est causa manducationis, sed obiectum : quod ij deum percipiunt, qui causa instrumentalis apta & idonea instructi sunt : ea autem est non os corporis, sed fides : qua cum destituantur infideles & impij, videant aduersarij, quibus rationibus probent, eos Christi corpus manducare.

3.
Petitio
principij.
3. Est petitio principij. Nam inter nos & illos queritur, vtrum Christus manducus sit iudex , nec ne : hanc igitur questio nem , orationis schemate nonnihil immutato, pra

to , pro argumento arripiunt aduersarij , & aiunt: Impij manducant iudicium : quia non possunt repudiare iudicem , seu velint nolint coguntur manducare iudicem . At vero vtrumque æquè dubium est , vtrumque in quæstione versatur : & vtrumque firma aliqua probatione indiget : quam adhuc nullam attulerunt super naturales illi & inuisibilis logici.

4. Sophisma est *παρὰ τὸ μὴ ἐπόμενον.* Non enim sequitur , Christus est iudex impiorum , aut impij coguntur admittere Christum iudicem . Ergo iudicem illum admittunt ore corporis . Nam hac ratione ex duobus extremè absurdis alterum necessariò concluderetur: videlicet aut impios etiam extra cœnam manducare corpus Christi , nam Christum iudicem coguntur admittere etiam ij , qui S. Cænæ nunquam interfuerunt : aut eos , qui Christum in Cœna non manducarunt , non posse damnari .

5. Vnde quintum vlcus enascitur , vide- licet falsa iudicij causa , quam ipsi valde insolenter statuunt manducionem iudicis . Christus enim tam eos , qui ante se incarnationem vixerunt & mortui sunt , & tam eos , qui ad cœnam Domini nunquam adierunt , quam

4.
Error
par-
tū tū in-
plicat.

Duo abstr
da.

5.
Fallacia
causa.

ELENCHVS SOPHIS.

eos qui post Christum nati sunt, & quotidie
 S. coenæ intersunt, iudicabit, atque omnes im-
 pios eodem modo & ijsdem de causis damna-
 bit: quæ non sunt aliæ, si credimus S. literis,
 quam incredulitas, qua Christum non man-
 ducent, sed respunnt, & quantum in se est, pe-
 dibus concilcant.

Obiectio 5. Obiectio 6. pag. 588.

Propositiō. Quemadmodum se habet Euangeliū præ-
 dicatum ad infideles; sic se habent ad eos
 dem Sacra menta.

Asumptio. Sed Euangeliū prædicatum tam propè
 adest impœnitentibus quam pœnitentibus,
 quorum aures implœt, corda conuincit impie-
 tatis, ut à propria conscientia flagelletur, nec
 tamen resipiscant.

Cōplexio. Itaque in pane & vino corpus & sanguis
 Christi in os indignorum in mysterio datu-
 quod cum vera fide non recipiant, iudican-
 tur & non soluantur, sed moriuntur, nisi pœ-
 nitentiam agant.

Concessio. Propositionem syllogismi, ut pote analogi-
 fidei & S. Scripturę consentaneam, nostram
 que sententiam luculenter confirmantem li-
 benter amplectimur.

Ignoratio Elenchi. Ad assumptum verò quod attinet, simplici-
 ter responderetur in eo committi ab aduersa-
 rijs errorem *παρὰ τὴν ἀγροτικὴν* *τὸν εἰδέχεται*
 Nam

Nam vagantur extra cancellos quæstionis. Non queritur inter nos, vtrum Euangelium prædicatum ad sit etiam impijs, vtrum eorum aures impleat, vtrum eos impietatis conuincat: quod nemo nostrum negavit vnquam. Sed hoc queritur, vtrum tam in verbo quam in Sacramento res promissa ab infidelibus patiterit ut à fidelibus percipientur: quod hoc loco aduersarij aperte affirmare non audent.

Dum vero id timide & obliquè inquinatur, in alios quoque errores incurunt. Inter quos præcipuus est error *πατέρων μη επόμενον*. Nam non sequitur: Infidelibus propè adest Euangelium prædicatum: Ergo infideles percipiunt vim & virtutem seu promissa Euangelij. Tam enim hoc inconsequens est, quam si quis imperitus affirmaret, Cæcum idcirco percipere lumen & splendorem solis: quia radij solares tam propè pertingant ad corpus cæci, quam visu prædicti.

Præterea ex superiori alia oritur fallacia à non causa ut causa. Nam res, quam Euangelium prædicatum offert & promittit, non est causa perceptionis sui ipsius, sed obiectum.

Fides vero sola causa est qua apprehenditur & retinetur. Itaque qui fide carent, rem nullo modo percipient.

Error con-
sequentis.

Error cau-
se.

ELENCHVS SOPHIS.

Error caus
ex.

Deniq; hic quoq; obseruādus est error ali
us à non causa. Euangelij siquidem promis
sio nō percepta, sed repudiata, sed contemp
ta, sed pedibus conculcata, conscientias ve
xat ac flagellat: accepta verò eas solatur & se
renat. Itaq; impij in euangelij prædicatione
nihil percipiunt quam literam, quæ occidit:
spiritum autem, qui viuiscitat, repudiant sua
incredulitate.

Negatur
Cōsequens

Ex his facile colligitur negandum esse ad
uersariorum consequens, idq; ob sequentes
errores.

Dissimili
tudo.

1. Quia dissimilitudo est in eorum com
paratione. Nam vt in & sub litera verbi Del,
aut sub sono eius, qui à ministro editur, non
peculiari ratione latet spiritus, sed intus ope
ratur in corde hominum, at semen verbi divi
ni fructuosum reddit. Itaque neque in & sub
signis sacramenti latebit corpus Christi.

2.
Error.

2. Deinde quamadmodum minister verbi
in sub verbo non porrigit aut largitur spir
itum sanctum: ita quoque corpus Christi in
& sub signis dare non consentaneū est: quan
do quidem res in verbo & sacramento ab eo
dem subministrantur.

3.
Error.

3. Quemadmodum res verbi non eodem
instrumento, quo externus sonus percipi
tur; sic quoque in sacra cœna existimandum
non

non est signum & rem signi eodem instrumento, videlicet ore corporis accipi. Sed nolo plura addere.

B R E V I S E T P E R S P I C V A
*analysis loci Pauli 1. ad Corinth. ii. in
 quo agit de indignè manducan
 tibus & fumentibus
 iudicium.*

CVm vtrinq; de loco Pauli, qui est i. Co **P**ropositio
 Crinth. ii. multum grauiterq; disceptetur, atq; ex eo solo infidelium & impiorum manducatio stabiliri & asseri posse videatur: duo in eo, quod etiam à quibusdam magni nominis theologis superioribus annis factitum intelligo, saluo aliorum iudicio, & omnium bonorum pace, obseruabimus.

Primum est, quid & quos Paulus per *ἀναζήτως ἐδίοντας* seu indignè manducantes intelligat. Deinde quod pœnæ genus per vocabulum *κριμα* exprimat. Hæc enim duo si rectè explicentur & intelligentur, omnis plane controversia de manducatione indigorum, quam vocant, & de manducatione ad iudicium sopia fuit.

Quoad primum non loquitur Paulus de in dignis pœna Domini. aut de indignis commu

Duo obser
uanda in lo
co Pauli.

z.

z.

Paulus non
loquitur

ELENCHVS SOPHIS.

de magnis nione corporis & sanguinis Christi. Nam e-
simplicer, tiam sanctissimi homines, utpote in quibus
semper aliqua infirmitas & peccati labes re-
liqua & residua manet, ea, tanquam re longe
maxima & augustissima indigni sunt. Quid
igitur Baptista, quo nemo sanctior, Christo
teste, è mulieribus natus est, de se testatur,
quod videlicet non sit $\alpha\zeta$; & dignus soluere
Christi corrigiam: idem quoque & quidem
multò magis nos omnes de nobis sentiamus
& testemur necesse est.

Non loqui-
tur de re-
probis.

Multò minus autem loquitur Apostolus
de impuris porcis & immundis canibus, hoc
est, hominibus reprobis & aperte sceleratis,
omnique fide carentibus. Nam hos ad eorum
admittere, nihil aliud est quam canibus pre-
tiosissimas margaritas conculcandas proi-
cere: quod ne fiat, Christus peculiari man-
dato cauit,

Loquitur
de infirmis

De quibus igitur loquitur Paulus? Loqui-
tur de iis, qui renati sunt & electi, sed tamen
securitate aliqua & socordia laborant. Nam
etiam renatorum & electorum ea est imbe-
cillitas, ut nisi assidue officij admoneantur, &
sedulò sibi caueant, facillimè labantur, rerum
diuinarum securi fiant, nec eas tanta cupiditi-
tate, tanta reverentia ac religione, quanta di-
gnæ erant, tractent & obeant. Atque Paulum
de hisce

de hisce loqui aliquot rationibus ex ipso contextu deductis demonstrabo.

Si Paulus loquitur de ijs, qui seipso pro bare possunt, & qui corpus Domini discernendi facultate praediti sunt, tum enim uero sequitur Paulum non loqui de infidelibus & non renatis hominibus, sed tantum de ijs, qui oscitanter mysteria Dei tractant, nec ea, quae par est, reverentia accipiunt.

Connexa
ratio
nem
no.

Contiexi ratio ducitur à proprio renato-
rum adiuncto: nam ijs solis datut $\pi\tau\gamma\omega$: au-
iuris seipso nosse & probare, Christique
corpus ritè discernere. At reprobi & infide-
les homines seipso ignorat, nec corpus Chri-
sti diudicare ac ritè estimare possunt.

At Paul. loquitur de ijs qui seipso probar-
re, & qui corpus Christi discernere possunt.

Affumptum hoc probatur partim ratio-
ne, partim testimonio Pauli. Ratio hæc est.
Contraria contrariorum sunt consequentia.
At Paulus vult eos demuni accedere ad cœ-
nam, qui seipso probarunt, & qui corpus
Domini dijudicarunt. Ergo Paulus vult eos
à cena arceri & excludi, qui superiora nec fa-
ciunt nec facere possunt: cuiusmodi sunt ho-
mines reprobi & infideles. Vi igitur con-
sequitur Paulus loquitur de electis, sed illis

Affumptum
duplex est
no.

L.
Ratio.

ELENCHVS SOPHIS.

aliqua socordia & ignavia laborantibus, quo
hic ad vigilantium excitare vult.

z.
Testimonio si nos ipsos dijudicaremus, non puniremur.
Pauli.

Quo certè significat Paulus se loqui de ijs,
quibus æque durum fuit seipso explorare,
ac sibi ipsi.

Cōplexio. Ergo Paulus non loquitur de reprobis &
infidelibus.

Altera ra- 2. Altera ratio & quidem omnium firmi-
tio ex Antri- sima planeq; inuicta ducitur ex antithesi Pau-
theli Pauli. lina, qua ἀραξιως de pane edentes & de pocu-
lo bibentes opponit mundo incredulo & æ-
terno exitio destinato.

Propositio Vbicunq; & quicunq; opponuntur in S.
scriptura mundo, ij non sunt reprobri & in-
fideles.

Cōfirmatio Confirmatur lumine naturali, id est, natu-
Propositio ra & definitione contrariè oppositorum. Ita
nisi. testimonij sacræ scripturæ, omni demonstra-
tione maioribus. Ioan. 14, ver. 19. Adhuc pau-
lulum, & mundus me nō amplius conspiciet:
vos autem conspicietis me, quia ego viuo &
vos viuetis. Ioan. 15, ver. 19. Si ex mundo fuisti-
setis, mundus quod suum est amaret: quia ve-
ro ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex
mundo, propterea odit vos mundus. Ioan.
17, ver. 9. Ego pro eis rogo, non pro mundo
rogo,

fogo, sed pro ijs quos dedisti mihi, quia tui sunt. Item versu 14. Ego tradidi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt ex mundo, prout & ego non sum ex mundo. Item ver. 16. Ex mundo non sunt, sicut & ego non sum ex mundo.

At hoc loco ἀναζίωτ seu indignè sumen Assumpta
tes panem & vinum cœnæ Dominicæ oppo-
nuntur, Probatur testimonio Pauli versu 32.
Sed cum/punimur à Domino erudimur, ne
cum mundo condemnemur.

Ergo Paulus non loquitur de reprobis &
infidelibus. Nā ij nihil aliud sunt, quam mun-
dus, qui à Deo iusto iudicio condemnatur.

3. Tertia ratio dicitur à forma loquendi, Tertia
qua ntitur Paulus, & epitheto seu adiuncto,
quo Corinthios insignit.

Quibusq; Paulus se annumerat, & quos Propositio
cunq; fratres appellat, eos nequaquam pro
reprobis & infidelibus habet. sed pro electis
& fidelibus.

Vnde Paulus in omnibus suis episto- Confirma-
lis antequam eos, ad quos scribit, fratres ap-
pelat, præmittit ea quæ certò demonstrant
eos electos esse, cuiusmodi sunt dilectio Dei,
vocatio, sanctificatio, fides, gratia Dei data.
Rom. 1.1. Cor. 1.2. Cor. 1. Eph. 1. Phil. 1. Colos. 1.
1. Tess. 1.2. Tess. 1. Paulum vero alicui reprobo

Cōplexio,

ratio,

Propositio

Confirmatio preposi-
tions

ELENCHVS SOPHIS.

Aut infideli se annumerasse in suis epistolis tantum abest; vt 1. Corinth. 6. pronunciauerit, fideli cum infideli nullam partem esse.

Assumptu. At Paulus hoc loco sese & iacobos sumentibus annumerat; eosque fratres appellant.

Cōplexio. Ergo Paulus hoc non loquitur de reprobis & infidelibus, sed de electis, aliquo tamen vi-

Conclusio. Ex hisce igitur paucis apparet, quam per-
peram faciant aduersarij, qui ex hoc loco Pauli oralem indignorū, hoc est infideliū, repro-
borum, & immundorum porcorum corporis Christi mandationēm probare & obti-
nere cōnantur:

Prolepsis. At vero contra hanc firmam & luculentā
huius loci explicationem tria nobis ab aduer-
sarijs obiciuntur sophismata, quae paucis ex-
aminabimus. Primum ex loco coniugatorum

Obiectio. ^{L.} Paulus inquit, Quisquis ederit panem
hunc aut biberit hoc poculum Domini indi-
gnè, reus erit, &c.

Antecedens. Ergo Paulus loquitur de indignis, hoc est
infidelibus & reprobis.

**Expositio Anteceden-
tis.** Exponamus antecedens. Indignè man-
care & bibere non significat sine omni fine
omni fide manducare, vt ex antecedentibus
patet, & ex sequentibus colligetur, sed man-
ducando

ducando seipsum non probare, & corpus Domini non discernere. Hæc autem duo etiam ab ijs, qui fide non omnino destitutur, committi possunt, & quidem à Corinthijs, qui mundo incredulo & condemnando operantur, & quos Paulus fratres appellat, commissa fuerunt, quos tamen pro reprobis nemo sanus habuerit.

Itaq; negandum est consequens. Nam primo in eo est error amphibolias seu ambiguæ Error am-
tatis. Indignè manducare significat actionē, biguitans.
indignus esse significat habitum. Itaq; hoc loco notanda est regula illa trita & necessaria Dialecticorum: In coniugaris demum valere consequentiam, si absit ambiguitas.

Deinde error est *παρὰ τὸ μὴ αἴτιον*. Vnica enim actio, qualis est indigna illa manducatio non sufficiens causa est, ex qua enascatur & concludatur habitus. Sic David non ideo tyrannus est, quia rapiendo alterius uxoris tyranicè egit.

Itaque ex uno aliquo errore, quo quis ad tempus laborat, aut uno aliquo σφαλμatu siue lapsu, quo quis corripitur, non statim corrigenda est incredulitas aut deplorata impietas, quæ eternum exitium mereatur. Nam ut electorum, dum in hoc mundo vertantur,

Q

ELENCHVS SOPHIS.

valde lubrica est sors & magna imbecillitas:
sic quoq; magna est Dei misericordia & admi-
rabilis clementia, qua eos non solum patien-
ter fert, sed etiam sustentat, confortat & ad vi-
tam aeternam conseruat.

**Altera ob-
iectio.** Alterum sophisma est hoc: *Qui edit &
bibit indignè, reus erit corporis & sanguinis
Christi.*

Antecedens. Ergo Paulus loquitur de reprobis.
**Error con-
sequens.** Antecedens, quia Pauli est, concedimus
& exoscularumur. Consequens vero quod est
aduersariorum, negamus. Nam in eo commit-
titur error παρεγένετο μη επόμενος. Non enim
omnis reus maiestatis Dei & corporis Christi
laesæ, reprobis est. Nam alioquin etiam
Paulus electum Dei organum, reprobis om-
nino fuisse: quia reus fuit corporis Christi,
quod colligitur ex hisce: Saul Saul quid me
persequeris? Item ex hisce: Ego sum Iesus
quem tu persequeris. Imò hac ratione om-
nes homines, licet sanctissimi sint, damnaren-
tur: quia nemo adeo sanctus est, qui non vel
quotidie corporis Christi vel dictis vel factis
vel cogitationibus reus fiat.

**Tertia ob-
iectio.** Tertiū sophisma hoc est. Paulus etiam Iu-
deos reprobos, & pro quib. optat anathema
esse, fratres appellat. Roman.9. Ergo Paulus
non

non solos electos fratres appellat.

Respondeo vitandus nobis est paralogismus æquiuocationis. Fratris nomen aliquando ~~συναδελφος~~ usurpatur, pro eo, qui natus est ex ijsdem parentibus, aut ortum dicit ex eadem gente: Aliquando vero ~~συναδελφος~~ accipitur pro fratre spirituali, hoc est, pro eo, qui eundem Deum patrem agnoscit, colit, celebrat & vera fide amplectitur. Priori modo Paulus Iudeos appellat fratres, quia & ipse ex Iudeis oriundus erat. Et hoc est quod Paulus non simpliciter fratres eos nominat, sed ad vitandam æquiuocationem addit: των συγγενων μη κατασπαργει, id est, cognatis meis secundum carnem.

Posteriori modo Corinthios fratres appellat, id quod ex inscriptione utriusque Epistolæ apparet. Quapropter nihil obstat, quo minus credamus Paulum non loqui de infidelibus aut æterno exitio destinatis, sed de ijs tantum, qui næuo aliquo & vicio laborant: quod quale sit ex antecedentibus colligitur.

Iam consequens est, ut ad alterum caput veniamus & pœnæ genus, quod Paulus hoc loco nominat, consideremus & excusatiamus.

ELENCHVS SOPHIS.

Pœna itaq;, quam Deus sacramenta indigne sumentibus irrogat, & quæ à Paulo *κείμα* appellatur, non est, quod pace omnium bonorum dixerim, condemnatio, sed castigatio & correptio quadam temporanea, qua Deus suos electos erudit, à negligentia & locordia ad diligentiam & vigilantiam, maioremque rerum diuinarum considerationem traducere conatur, ne videlicet cum mundo incredulo & securo in exitium æternum incurant. Atq; hanc nostram sententiam menti Pauli consentaneam esse aliquot rationibus comprobabo.

Ratio à connexis.
Propositio

Prima ratio dicitur à connexis. Si Paulus loquitur de pœna ijs infligenda, qui seipso possunt probare, & corpus Christi discerne, sed negligentia quadam id omittunt: si loquitur de ijs qui mundo incredulo & condemnado opponuntur: si loquitur de fratribus suis in Christo, tum *ἀπτόρητως*, Paulū per vocabulum *κείματις* non cōdemnationem & supplicium æternum, sed paternam aliquā & temporaneam castigationem intelligere & exprimere. Ratio connexi petitur ex illa Dialecticorum regula. Talia sunt prædicata, qualia esse permittantur à subiectis. Non enim vero consentaneum est, Electum ad vitam su-

Ratio connexi.

bire pœnam condemnationis æternæ.

At antecedens est verum: id quod antea Assumptio probauimus.

Ergo se consequens verum sit oportet. Cōplexio.

2. Altera ratio à testimonio Pauli. Non aliud pœnæ genus hoc loco imaginandum, statuendum & afferendum est, quam quod statuendum & afferendum est, quam quod Paulus exprimit & recenset. Ratio à te-
monio Pauli.

Sed Paulus morbos, infirmitates, & mor-
tem præmaturam exprimit & recenset ver-
su 30.

Ergo non aliud pœnæ genus imaginandū,
statuendum & afferendum est.

3. Tertia ratio à descriptione ὀνοματώδει
pœnæ.

Si vocabulum κείματος & κείμενοι Pau-
lo idem significat quod παιδεύοις & παι-
δένενται hoc est institutio & eruditio, & in-
stitui seu erudiri, tum κείμα καὶ κείμενοι
non significat condemnationem æternā, aut
in æternum condemnari. Nam iij qui à Deo Ratio.
erudiuntur, non condemnantur, neq; erudi-
tio est condemnatio.

At antecedens est verum, κενόμποι οὐκ
inquit Paulus, τὸ κείμενοι παιδεύομεθα, id
est, Sed cum punimur, à Dominp erudimur.

Q. 3

ELENCHVS SOPHIS.

Leplexio: Ergo *neimangū neivēdū* non significat condemnationem & condemnari.

Ratio 4. **a g-** Quarta ratio à fine, quem Deus in p^o
n. na ista irroganda spectat.

Propositio Qualis finis, tale id quoque quod ad finem
destinatur.

Assumptio Sed pœnæ huius finis est eorum, qui puni-
untur salus. Sed cum punimur, à Domino e-
rudimur, ne cum mundo condemnamur.

Ergo pœna ipsa non nisi salus est.
Ex his igitur facile iudicatur, quām infir-
ma sit aduersarijorū ratio, quam ex
hoc loco ducunt, ad cōfirmandam
corporis Christi manduca-
tionē exitiosam.

STEPHA

124
STEPHANI TZE-

GEDINI QVAESTIO-
nes de verbis Cœnæ
Domini.

C A P V T I.

BO C capite 13. quæstiones atque a-
deo 13. argumenta proponuntur,
quibus apodicticè demonstratur
verba cœnæ D.interpretanda, eo-
rūq; sensum potius & διάροιαν, quā τὸ ρῆτον
siue scriptū, obseruandū & attendendū esse:
nisi nos in omnis generis absurdâ ingurgita-
re velimus.

1. Quæstio.

An non in sacramentis verborū sensus
iuxta scripture morē, ut de sacramentis loqui
solet, est discutiendus? De sacramentis enim
nobis loquendum est sacramentaliter.

1 Argumentum ex analogia S.Sc. & natura cō-
iugatorum.

An hæc propositio, Accipite, cōedite, hoc
est corpus meū, beneficentiā vetare & flagitiū
um iubere (intellige, si, vt verba sonant acci-
piatur) videātur? Quod si hoc, teste. Aug.li.3.
de Doct.Christ.ca.16.tum figurata erit locu-
tio: ac per consequens figuratè quoq; expo-
nenda. Ex testimonio & regula Augustini.

Q 4

Sumeia &
scopus.

QVAEST. DE VERBIS

3.

An recipienda sit interpretatio aliqua contra articulos fidei & manifestos Sacrae Scripturæ locos.

Cum primo ferè idem est: ac aduersariorum si nechdochicam interpretationem impugnat.

4.

An benedicere apud Marcū idem sit, quod vi verborum panem conuertere in carnem, aut pingere gestu signum crucis aut carnem de cœlo deportare, ac non potius gratias age re: sicut & alij Euāgelistæ & Paulus, imo Marcus etiam de poculo explicant?

Argumentum contra Papistas, eorumq; trans substantiationem, continet duo membra: prius indagat verbi Benedicere notationem veram, eamque confirmat testimonij ceterorum apostolorum.

Ac benedicere seu gratias agere non ad panem, sed ad Deum patrem refertur. Et hæc verba, Hoc est corpus meum, non ad panem sed ad apostolos loquitur: sicut Marcus expresse de poculo innuit. Neq; enim panem aliqui Christus, ut corpus suum fiat, sed discipulos iubet manducare. Quare & promissiones non ad elementa ipsa, sed ad eos, qui recipientur destinantur.

Alterum membrum agit de vero obiecto verborum Christi.

An non

5.

An non natura & ingenium signorū est, significare, admonere, repræsentare, ad quod accōmodare oportebit interpretationem, vt quiuis norit, quid signi sit, & quid rei signat?

A natura, officio, & fine signorum.

6.

An non signatæ rei nomen ad signum metonymicè transferri soleat & debeat?

A definitione Metonymie.

7.

An non discedendum est à scripto in dogmatibus ecclesiasticis, cum absurditas impingat in aliquem fidei articulum, & manifestos S. Scriptura locos.

Ab absurdo, & causa, cur discedendū à scripto.

8.

An literæ inhærere & signa pro rebus signatis accipere debeamus? Hoc enim seruilis infirmitatis esse testatur Augustinus.

Argumentum ex natura relatorum, absurdo, & testimonio Augustini.

9.

Cur Augustinus ac alij vetustiores interpres hanc locutionem, HOC est corpus meum, səpius figuratam esse contendunt, si figuratè & tropicè exponi non debet?

A communi & perpetuo veterum patrum consensu.

Q. 5

QVAEST. DE VERBIS

IO.

An verbum, EST, pro transubstantia-
ri & sub se & in se continere, accipi possit vn-
quam? Hoc enim omnibus linguis auditum
est, ut substantiale verbum in hunc sensum
accipiatur.

Argumentum tam transubstantionis, quam et
cognitæ consubstantiationis fragmentum impugnat
significatione verbi EST.

II.

An verba Domini sint creantia aut do-
centia? Verbo enim Creandi, Dominus que-
cunq; voluit, fecit: ita vt ab omnibus creandi
operibus olim sit cessatum, nec nouarum spe-
cierum creatione opus sit. Sed nec discipulis
dictum est, Ite, create: sed ite & docete omnes
homines, quæcunque præcepi vobis.

A proprio officio & effectu verborum Christi
qui est docere, quod duobus testimonijs S. Scriptura probatur.

12.

An Christus suam Cœnam ita instituerit
& an velit aliquid proferre, vt nos ignorare
velit? Quemadmodum dicitur ab aduersariis
corpus Christi in pane esse Miraculose, Inui-
biliter, Ineffabiliter, Supernaturaliter. Atqui
nemo alios id docere potest: contra id quo
Dominus de agno paschali præceperat Ju-
dæis, vt etiā filios de hac re edocerent. Num
lucerna

lucerna ideo accenditur, & abscondatur?

Contra ~~curiosas~~ modum ineffabilem & miraculosum: quo certe nihil plus agunt, quam ut petant principium.

13.

An illa Domini, si miraculosa fuerūt, verba Apostoli intellexerunt, qui longe etiā pleniora de rebus spiritualibus capere nequievunt? Si intellexerunt & crediderunt, ubi méminerunt? Si verò non, an indigne panem Domini acceperunt?

C A P V T II.

Præcedentis capitinis argumenta magis generalia fuerunt, id est generalibus individualiis & regulis ostenderunt tropum in verbis Christi: quæ verò hoc capite explicantur, specialia magis sunt. Nam singula ex singulis verbis borum institutionis particulis desumuntur: quibus velut ad oculū monstratur, in verbis Christi tropum necessario agnosci & admitti ab omnibus ijs, quibus cordi sit intricatissimos errorum labyrinthos vitare.

Summa &
scopus cas-
pitis.

Duo priora argumenta ducuntur ex particula H O C.

I. Si particula hoc nihil aliud declarat, quam Hic panis, quomodo panis subiecto attribuetur corporis Christi prædicatum, sine illo tropo?

QV AEST. DE VERBIS

Talia sunt prædicata, qualia esse permittuntur
a subiectis.

2. Si dicas, Hic panis est corpus Christi,
Hæc propositio quomodo vera esse potest,
nisi vel transubstantiatio Papistica verbo-
rum pronunciationem eodem temporis mo-
mento subsequatur; vel metonymicè ista in-
telligantur, vel Synechdochicè accipiuntur.
Ergo, vel transubstantiatio ponenda est, vel
tropus admittendus.

Argumentum ex enumeratione partium: unde
dilemma extruitur.

Tertium argumentum ex verbis, Acci-
pite, comedite.

An hæc verba, Accipite, comedite, pro-
priè in cœna Domini accipiuntur de Symbo-
lis: figuratè verò de rebus ipsis. Nam come-
dere non est propriè carnem humanam vo-
rare: hoc enim bestijs magis quam homini-
bus conuenit.

Verbum, comedere propriè accipitur respectu
symbolorum: figuratè respectu rerum signatarum.

Quatuor sequentia argomenta ex verbis,
Hoc est corpus meum.

I. An indiuiduum de indiuiduo propriè
prædicari possit: ut Ioannes est Helias, Panis
est corpus?

Indiuiduum

Individuum de individuo non nisi tropice prædicatur.

2. Si propriè panis est corpus Christi, an non sequitur ipsum Christum non minus pānem esse, quam hominem.

Si panis est corpus Christi propriè dictū, Christi tam propriè erit panus, quam homo.

3. Si non est figurata hæc locutio, cur aduersarij contendunt, idem corpus sub pane, & cum pane esse: cum id sine tropo dici non possit?

Aduersarij ipſi tropum faciunt sua interpretatione.

4. An non horrendum ac nefarium est, Christianos carne humana, & quidem carne Domini suivesci, si id sine tropo intelligatur?

*Ottavum argumentum ex verbo
frangitur.*

Frangi propriè pani & nō corpori tribuitur. Paulus autem corpori tribuit, non aliam ob causam, quam quod inter signum & signatum similitudo quædam sit, ac propterea signum, signati nomine exprimitur.

Frangi pani, non corpori tribuitur: & quomodo Paulus corpori tribuerit.

*Nonum ex vocabulis, Calicis, &
Sanguinis.*

QVÆST. DE VERBIS

Calix non potest sanguis dici sine tropo?
nec vinū sine figurata locutione simul vinum
est & sanguis: id quod omnes, qui non sensu
& mentis stupore omnino laborant, faciliter
intelligunt.

*Decimum ex verbis, Calix est nouum
Testamentum.*

Quomodo calix est nouū Testamentum
sine ullo tropo? cum ne sanguis quidem dici
possit fœdus seu nouum Testamentum pro-
priè: sed illud potius per cuius effusionē pe-
pigit nobiscum Dominus fœdus ipsum, quod
in nobis per eum sanguinem fide perceptum
sancitur.

*Sanguis quomodo dicatur Nouū Testamentum.
Undecimum ex eisdem.*

Quomodo sine tropo hæc duo enuncia-
ta æquipollere possant: Hoc vinū est sanguis
Domini: & Sanguis meus est, Cum, vel in, vel
Sub hoc vino?

*Duodecimum ex verbis, Non bibam am-
plius de fructu vitis.*

Hæc verba sunt periphrasis vini: qua
Seruator noster Iesus Christus non solum si-
gnificat vinū esse, quod ipse in craterē bibit,
& suis præbet: sed simul ostendit non esse san-
guinem, sed id quod ex vite generatur,
nisi

non ex corpore profluit. Vnde facile colligitur, Christum tropicè hoc quoque loco locutum esse.

*Decimum tertium ab instrumento, id est,
manu, qua Christus sacramentum
discipulis porrexit.*

An manu porrexit Christus panem vel corpus discipulis suis: Si manu:ctius? sua ne an alterius? Si sua: an separata fuit à reliquo corpore, quod in pane esse nonnulli dicunt? Si non fuit separata, necesse est fateri, manum qua distribuit non suam, sed alterius fuisse. Aliud enim est id quod dedit, & aliud id, quo dedit. Si verò vrgeas suam fuisse, sequitur necessariò in pane non fuisse, & sic neque reliquum corpus.

Hoc dilemma, ô synesiaſtæ attēdite, & veltan dem intelligite, curias, quam somniatis adiutoria contradictione laborare: ac per consequens à ſe ipſa euertit.

Colophon superiorum argumentorum.

Cur scriptores illi vetustissimi, vt Tertullianus, Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius, Fulgentius, & alij plures corpus, signum, Symbolum, figurā, representationem, τύπον artitutrov corporis, uno ore & perpetuo

QVAEST. DE VERBIS
consensu appellant, si in his verbis, Hoc est
corpus meum, Tropus non est.

Totus orthodoxorum & veteris patrum
chorus tropum in verbis Christi agnouit.

Notanda
prolepsis.

Quodverò de hoc tropo Apostoli non
rogarint, duæ à Chrysostomo ponuntur cau-
se. Prima quod ante ex concione illa in Ca-
pernaum habita satis fuerant edicti spiritua-
lia hæc esse, & spiritualiter intelligenda. Dein
de quod non multum turbari & obstupescer-
re potuerint, quum Dominum ipsum vide-
rint ante alios omnes edere & bibere eundem
cibum & potum. Itaque non potuerunt non
intelligere mysterium esse, cum nemo seipsum
corporaliter edat ac bibat.

Ergo verba Ioannis 6. recte ad explicandum
Sacramentum Cœnæ accommodantur.

C A P V T III:

Summa &
finis capitis

Libet hoc capite tertio plura eiusmodi
argumēta, quibus tropus in verbis Christi
propugnatur, aduersariorum verò insanū
& ἀλογον tropi odium omnibus conspicien-
dum proponitur, ex autoris Schedis collige-
re: quo speramus, nos pio & φιλ' αληθεῖ lec-
ti rem ut non ingratam, ita non inutilē factu-
ros esse. Nam bonæ nostræ causæ, quæ tristis
bus

bus præiudicijs grauatur, expedit quām plu-
rimis argumentis muniri & roborari: aduer-
sariorum vero stupida & pertinacia sophis-
mata, quibus simplicibus nomine simplicita-
tis imponunt, oppugnari.

I.

De quo dixerunt Euangelistæ, Accepit,
Fregit, de eodem dixerunt, Dedit eis:

Argumentum à pari, ex verbis Accepit, Frea-
git, Dedit.

De pane vero dixit, Accepit, Fregit:
Ergo de eodem dixerunt, Dedit eis: ac
per consequens, panem dedit non corpus,
nec corpus latens aut inclusum pani.

II.

Comedere corpus Christi est dentibus
premere, morsibus consumere, in ventrem
demittere, ac ibi concoquere:

Argumentum ex notatione verbi, comedendi,
Sed corpori Christi, sine piaculo & hor-
renda blasphemia ista tribui non possunt:

Ergo corpus Christi ore non comedie-
ditur in aut sub pane.

III.

Hæc particula, Hoc, de pane intelligitur,
non de corpore: id quod dictū de altera spe-
cie apud Lucam euidentissime demonstrat,
Hoc poculum est nouum Testamentum, in

R

QVÆST. DE VERBIS

meo sanguine. Falsum igitur est, quod quidam de Transubstantiatione, hoc est, monstrosa quadam panis in verum & substantiale corpus Christi metamorphosi somniant: & quod nudius tertius nasutuli quidam de inclusione corporis in pane, aut alligatione ad panem sibi imaginari cœperunt.

Argumentum ex particula, Hoc, quam de pane dici, probat argumento parium.

III.

In omnibus omnino sacramentis verbū Est, pro Significat, ponitur & accipitur.

Argumentum ex verbo Est, eiusq; potestate in Enunciationibus Sacramentalibus.

Ergo nouum est & à communi loquendi consuetudine planè abhorret, quod hodie nonnulli nouatores id vel per Transubstantiari, aut pani includi, & cōtineri exponunt.

V.

Corpus Christi & ante & post resurrectionem visibile & tangibile est:

Argumentū ex verbis, Corpus meum, formatur a proprijs & æternis corporis Christi qualitatibus.

In pane autē nec visibile nec tangibile est:
Ergo in pane non est corpus Christi.

V I.

Agnus, de quo supra Euanglista commorauit, non est propriè Pascha, id est, transitus, neque enim agnus transit: sed memoria transitus.

transitus. Eodem modo panis non est propriè corpus Christi. Ideo enim Pascha coenæ adiunxit Dominus, ut ostenderet veterū & nostrorum signorum perpetuam esse analogiam; nam eademq; rationem:

VII.

Qualis est relatiui de corrēlatiō, talis est signati de signo indiuidui de indiuiduo prædicatio. Nam extra controuersiam esse debet, sacramentum esse in categoria relatorum.

At illa vera esse non potest, nisi impropriè accipiatur.

Ergo neq; hæc, Panis est corpus Christi, consistere potest; nisi impropriè & figuratè accipiatur.

VIII.

Corpus Christi datur pro nobis in crucē & mortem: ad hoc enim solum destinatū fuit consilio Dei immotō. Ergo nobis non datur corporaliter, ore corporis manducandū sub & in pane. Valet argumentum ex natura disparatorū: posita enim & recepta vna parte eorum necesse est alterā tolli & rejici. Sicuti è contra recte colligas hoc modo: Panis nobis datur manducandū in coena. Ergo pro nobis non datur: quod quām absurdum & auditu horrendum sit, iudicent ij, quibus sua salus curæ est.

IX.

Christus non dicit hoc est corpus meum,

R 2

*QVÆST. DE VERBIS

quod vobis datur, sed quod pro vobis datur
vel frangitur:

At corpus Christi non dentibus Aposto-
lorum, sed manibus hostium Christi eit fra-
ctum seu confossum: Ergo discipuli non ore
& dentibus corpus Christi arroserunt, sed
memoriam & signum corporis Christi cruci
figendi perceperunt.

X.

Christus corpus & sanguinem à se inui-
tem discreuit, quæ tamen natura non seun-
gūtur. Neq; enim viuit corpus sine sanguine,
aut sanguis sine corpore. Manifestè ergo pro-
testatus est in geminis signis esse exemplaria
rerum, non res ipse: cum viuus & viuificus
cibus nobis in cœna subministretur.

X I.

Testamenti bonis fruuntur hæredes si-
ne præsentia testatoris:

Cœna Domini Testamentum est:
Ergo bonis istius fruimur, sine carnali
aut corporali præsentia testatoris, id est, Chris-
ti.

X II.

Euangelistæ signū à signato discernunt:
de pane enim dicunt, Dedit, de corpore, Us-
tur: de pane, Fregit, de corpore, Frangitur: de
pane, Illis, de corpore, Provobis: de vino, De-
dit, de sanguine, Effunditur: de vino, Illis, de
sanguine

COENÆ DOMINI.

131

sanguine, Pro vobis, aut, Pro multis: de poculo, In mei memoriam, de sanguine, In remissionem peccatorum. Cum igitur Euangelistæ tam diligenter discernat signa à rebus, id est, panem à corpore, vinum à sanguine, & utriq; sua propria adiuncta tribuant, panis certè propriè corpus Christi, nec vinum propriè sanguinis Christi dici aut esse potest.

XIII.

Memoria est absentiū, non præsentium;
At Cœna Domini a est memoria corporis Christi pro nobis traditi, & sanguinis pro nobis effusi: id quod probatur testimonio Christi & Pauli.

Ergo corpus & sanguis Christi corporali præsentia non adsunt in pane & vino: alioquin enim hæc actio desineret esse ἀράγονος.

XIII.

Paulus verba Christi, de quibus nunc summa controuersia est, declaraturus, nunquam amplius in declaratione vel corporis vel sanguinis vocabulum manducandi & bibendi verbis adiungit: sed quoties de manducando & bibendo differit, nō aliud addit quā panem & vinum. Sic & Lucas in actis hoc sacram epulum fractionem panis nominat. Ex quo constat panem & vinum non propriè corpus & sanguinē appellari, sed impropiè:

R 3

QVÆST. DE VERBIS
quantum videlicet attinet ad vniōnēm sacra-
mentalem & mysterium.

C A P V T I I I I .

Tribus superioribus capitibus aliquot
argumentis firmis & ex ipsis Saluatoris
verbis petitis probauit auctor noster tropū,
& quidem metonymiā in verbis Christi esse:
ac per consequens pānē nec propriè corpus,
nec vinum propriè sanguinem Christi nomi-
nari, multò minus sub pāne corpus & sub vi-
no sanguinem, quod à mente Christi alienissi-
mum est, naturæq; omnium sacramentorum
repugnat, latere, & ore corporis manducati.
Summa &
copus capi-
tis.
Nunc sequentibus aliquot capitibus quæstio-
nes nonnullas, ad hanc controuersiam appri-
mè facientes, subiungemus, quas author stu-
diosè enucleauit. Ac primo quidem medita-
tiones eius de præsentia corporis Christi in
Cœna, ac de manducationis cum modo tūm
instrumento explicare fert animus.

I.
An carnalis siue corporalis sub pane præ-
sentiè modus ex verbis, Hoc est corpus meū,
statuatur? an naturæ sacramentorum conve-
niat? An cum reliquis testimonij de veritate
carnis Christi, & maximè de ascensione eius &
reditu

reditu ad iudicium consentiat? Quod cum aduersarij nondum probarint, nec in æternum probaturi sint, veniam nobis dabunt omnes p[ro]ij, quod eorum opinioni fidem non adiungimus.

Carnalis, quam aduersarij commenti sunt, præsentia sub pane pugnat cum mente Christi, cum veritate corporis eius, cum articulis fidei: atque idcirco meritum à p[ro]ijs repudiatur.

2.

An ecclesia Christi carnali præsentia opus habeat redemptionis negotio peracto, cū ipse Christus dicat: Expedit vobis, ut ego vadam: Et Paulus grauissime: Si esset in terris, nec sacerdos quidem esset?

Prodest Christum perfecto redemptionis negotio corpore à nobis abesse, & terram deserere.

3.

An Augustinus, cum testatur credentes fieri per Baptismum corporis & sanguinis Christi participes, de corporali præsentiæ modo intelligat. Et Hieronymus ad Edibiam, cum tradit nos in Baptismo corpore & sanguine Christi vesci: item, cum in 3. cap. Ecclesiastis monet, utile nobis esse, si corpore Christi saturemur, & crux eius potemus non solum in sacramentis, sed & in scripturæ sanctæ cognitione, an, inquit, corporalem & carnalem Christi præsentiam intelligat.

R. 4.

521 QVAEST. DE VERBIS

Quæ est corporis Christi in Baptismo & verbo
perceptio, ea quoq; est in Cœna: vi patres testan-
tur. Sed ill. est spiritualis. Ergo hæc quoque spiri-
tualis sit oportet.

4.

An qui Christi corpus in pane vel sub
pane modo substantiali & corporali esse con-
tendit, non idem etiam in pane tanquā in lo-
co corpus Christi constitutat nec ne? Quod si
locus non est, nec locatum erit. Si verò locus
est, corpus Christi illocaliter nō erit in pane,
ac per consequens nec ineffabiliter, nec super-
naturaliter, nec miraculosè, nec maiestuosè,
nec Bergicè.

Aduersariorum figmentum de illocali corporis
Christi in pane præsentia, turpisimo contradic-
tis vicio laborat & euertitur.

5.

An corpus Christi suis dimensionibus ita
sit circumscriptū, vt num re ipsa & quod ad
situm attinet, non possit esse in pluribus aut
omnib. locis, sed sit duntaxat in cœlo tanquā
in certo loco: vnde non prius descendet, quā
veniat ad iudicandū viuos & mortuos: iuxta
vocem Angelorum. Acto.1. & Pet. Act.3.

Corpus Christi cum sit finitū & circumscriptū,
non potest simul & semel in pluribus aut omnibus
locis esse, sine contradictione. Item manere in cœlo
atq; ad diem iudicij, & quotidie redire in panem,
contradicunt.

An

6

Anabire, redire, transire, ascendere, descendere, quæ de se Christus prædicat, de verbo corpore humano absque loci mutatione dicantur.

Abiit, redditus, ascensus, descensus de vero corpore, si loci mutatione non prædicantur.

7.

Cum Christus spiritu suo non corpore dicatur nunc ecclesiam suam regere, si etiā corpore ubiq; prælens adest.

Christus nunc co nobis adesse credendus est, quo regit ecclesiam suam.

8.

Si Christus nobis corporaliter adest sub pane & vino, & si ore corporis à nobis manducatur, non certè peregrinamur à Domino. Nam ab eo qui nobis adest corporaliter, & quem deglutimus, ab eo peregrinari dici non possumus.

At peregrinamur à Domino. 2. Corinth. 5.

Ergo corporaliter non est sub signis sacramenti, nec ore corporis percipitur.

Aut non peregrinamur à Domino, aut non ad est corporaliter sub signis sacramenti corporaliter manducandus: nā hæc duo vna esse non possunt.

9.

An præsentia corporis Christi sub pane

R 5

Q VAE'S T. DE VERBIS

sit articulus fidei. Aduersarij enim dicunt sci-
ri non posse, quomodo panis corpus sit aut
quomodo corpus sub pane lateat, credi ta-
men debere. In quo certe sumunt τὸ ἐν ἀρχῇ.
Cur enim nō est in articulis fidei, Credo pre-
fentiā corporalem veri corporis Christi sub
& in pane.

Dicere simpliciter credendum, corpus esse sub
pane, est λαμβάνειν τὸ ἐν ἀρχῇ

10.

An fides patiatur corpus Christi verum &
naturale corporaliter edi, cum fides non sit
res corporalis, sed spiritualis, & non appetat
carnalem Christi præsentiam? Fides enim ab
sentia loco, præsentia videt intellectu.

Fides cum sit res spiritualis, non appetit nec per-
cipit carnalem Christi præsentiam.

II.

Corpus Christi aut ante cōsecrationis ver-
ba, vt vocant, fuit in pane, aut aliquo mutatio-
nis genere est mutatum. Sed ante consecra-
tionis verba non fuit in pane, ex sententia ad
uersariorum.

Ergo aliquo mutationis genere est muta-
tum: id quod non in glorificatum, sed morta-
le & alterabile corpus cadit.

Si corpus Christi est in pane, est mutabile &
mortale corpus.

12.

An

An hic datur sub pane corpus mortuum aut viuū? Respondent aduersarij, viuum. Cur igitur viuum non finitis esse viuum? cur morfa, fractione, attritione, & consumptione temerario ausu, quantum in vobis est, interfici tis. *Aduersarij sua orali manducatione corpus Domini, quantum in se est, occidunt.*

13.

An illud corpus, quod Christus sub pane manibus tenuit, verum illud corpus fuit ex Maria virgine natū? Si dicas illud ipsum corpus esse, plurima absurdā sequentur. Quomodo enim illud corpus esse potest, quod post verba consecrationis demum cœpit esse corpus, & antea non fuit? An nunc iterum ex virgine natū, passum, mortuū & resuscitatū est?

Nota cumulum absurdorum, quem parit carnis praesentia sub & in pane.

14.

Tot Christi aduentus sunt statuendi, quot statuit ex S.S. symbolum apostolicum.

Sed symbolum duos tantum constituit: alterum in carnem, alterum ad iudicium.

Ergo duo tantum sunt statuendi: nec tertius ille in panem est somniandus.

15.

Finiti ad infinitum nulla est proportio:

Sed corpus Christi, quod contendunt aduersarij, est infinitum:

Q V A E S T . D E V E R B I S

Ergo pani , qui est essentia finita, includi
non potest.

C A P V T V .

Capite hoc probat author inductione
testimoniorum veterum patrum , pa-
nem & vinum symbola, signa, typos, &c. recte
nominari , & verbum significandi siue figu-
randi & similia recte usurpari. Libet autem
haec referre, non ut probem nostram doctri-
nam niti & fulciri autoritate tantum patru-
(nam antea satis superque demonstrauimus,
nostram de eucharistia doctrinam S. scriptu-
ris couenire & consentire per omnia) sed ut
ostendam nostram quam profitemur doctri-
nam, & phrases, quibus in verbis cœnæ inter-
pretandis veroq; eorum sensu eruendo vi-
muri, non nuper cerebro Zuinglij & Caluini
excogitatas, sed ex veteri & orthodoxa Ec-
clesia obseruatatas & deriuatas esse. Nam ad-
uersarij , id quod norunt omnes qui eorum
scripta legunt, animaduertentes se validis ra-
tionibus, quibus nostram doctrinam, id est,
verbum Dei refutent, hoc σοφῶ scilicet φάρ
μακον excogitarunt , vt id nomine Zuinglij
& Caluini exosum & suspectum reddant. O-
peræ

COENAE DOMINI. 135

peræ præsum igitur est putidis eorum calumnijs patrum testimonia opponere.

Augustinus de Verbis D. in Enang.

Lucæ Serm. 28.

Ergo tu audis, quod quotiescumque sacrificium offertur, mors Domini, Resurrectio Domini, Eleuatio Domini significetur & remissio peccatorum.

Cœna Domini sacrificium ab August. dicitur impropriè, ut panis corpus Christi. Vide Augu. lib. 20. de ciuit. cap. 5.

Idem contra Faust lib. 9.

cap. 4.

Si Machabeos cum ingenti admiratione proferimus: quia escas, quibus nunc licet Christiani vtuntur, attingere noluerunt: quia tunc pro tempore propheticō non licebat: Quanto magis nunc pro baptismo Christi, pro Eucharistia Christi, pro signo Christi patior debet esse Christianus?

Baptismus, Eucharistia & signum Christi August. synonyma sunt.

Idem contra Adimantum

cap. 12.

QVÆST. DE VERBIS

Possum interpretari præceptum illud in signo esse positum. Non enim dubitauit Dominus dicere, Hoc est corpus meum, cum dicit singulum corporis sui.

Verba Christi interpretanda per signa.

Idem in Matth. cap. 26. et in libo
Sent. Prosperti.

Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam Dominici corporis immolatio in cruce, eiusdemque sanguinis effusio de latere designatur?

Verbum designandi etiam usurpat Augustinus.

Idem in libro de Trinitate.

Quia morte Domini liberati sumus, huius rei memores in edendo & potando, carnem & sanguinem, quae pro nobis oblata sunt, significamus.

Ergo significandi verbum Augustini est, non Oecolampadij.

Idem in Ioannem Translatu 26.

Non enim filius participatione patris fit melior

CÖENAE DOMINI. 136

melior, qui est natus & qualis, sicut participa-
tione filij per unitatem corporis eius & san-
guinis, quod illa manducatio potatioq; signi-
ficit, nos efficimur meliores:

*Idem contra Faust.lib.
20. cap. 21.*

Huius sacrificij caro & sanguis ante aduen-
tum Christi per victimas similitudine pro-
mittebatur: in passione per ipsam veritatem
reddebatur: post ascensum Christi per sacra-
mentum memoria celebratur.

Aureum dictum, quo vel solo, tanquam Adaman-
tino ariete ovv&ocia expugnatur.

*Tertullianus lib. 4. aduersus
Martionem.*

Ita & nunc sanguinem suum in vino con- Verbum
secravit, qui tum vinum in sanguine figurauit. gurandi.

*Chrysostomus Homil. 81.
in Matth.*

Si mortuus Iesus non est, cuius symbolum
ac signum hoc sacrificium est?
Cœna Domini est symbolum ac signum Iesu
mortui.

Q V A E S T. D E V E R B I S

Hieronym.in 26. cap.

Matthæi.

*Verbum re-
præfemādi.* Postquam mysticum Pascha fuerat im-
pletum, & agni carnes cum Apostolis come-
derat, assumpsit panem qui confortat cor ho-
minis, &c ad verūm paschæ transgreditur fa-
cramentū, ut quomodo in præfiguratione e-
ius Melchizedec, summi Dei sacerdos, vinum
& panem proferens fecerat, ipse quoque ve-
ritatem corporis & sanguinis repræsentaret.

Beda in 22. cap.

Lucae.

Finitis Paschæ veteris solennijs, quæ in cō
memorationem antiquæ de Ægypto libera-
tionis agebantur, transit ad nouum quod in
sue redēptionis memoriam Ecclesia fre-
quentare desiderat: ut scilicet pro carne agni
vel sanguine, sue carnis sanguinisq; sacra-
mentum in panis & vini figura substituerat.

In pane & vino est figura corporis & sanguis
nisi Christi, non ipsum corpus & sanguis.

Et paulò post.

Quia ergo panis carnem confirmat, vīnu
m & sanguinem operatur in carne: hic ad cor-
pus Christi mysticè, illud refertur ad sangu-
inem.

Fulgen-

Fulgentius.

Hic est calix nouum testamentum; id est
hic Calix quem vobis trado, nouum Testa-
mentum significat:

*Gelasius contra Eutychen
et Nestorium.*

Certè sacramenta, quæ sumimus, corpo-
ris & sanguinis Christi, diuinæ rès sunt, pro-
pter quod & per eadē diuinæ efficiuntur con-
fortes naturæ, & tamen non desinunt esse sub-
stantia panis & vini: & certè imago cōp̄oris
& sanguinis Christi in actione misteriorum
celebrantur;

Sacramen-
ta
tu a.
Ecclesiasticus.
Contra
hereticos.
Contra
cœterios.

*Cyprianus de vñctione
Chrismatis.*

Dedit itaq; Dominus noster in mensa,
in qua ultimum cum Apostolis participauit
conuiuiū, proprijs manibus panem & vinū:
in cruce vero manibus militum corpus tradi-
dit vulnerandum, ut in Apostolis secretius ve-
ritas sincera & vera sinceritas exponeret
gentibus, quomodo vinum & panis caro es-
set & sanguis: & quibus rationibus causæ esse
etibus conuenirent, & diuersa nomina vel

S

QVAEST. DE VERBIS

species ad vnam reducerentur essentiam, & significantia & significata eisdem vocabulis censerentur.

1. Dominus ipse suam cœnam sumpfit.

2. Dominus non dedit corpus siue manus in pane, sed manibus vinum & panem.

3. Panis eatenus est corpus & vinum sanguinis, quatenus in cruce vulneratur.

Notate ἀλογοισυροιαςαι metonymicam locationem.

Origines in Leuitic. cap.

10. Homil. 7.

Agnoscite, quia figura sunt, & ideo tanquam spirituales, & non tanquam carnales examine. Si enim quasi carnales ista suscipitis, abundant vos, & non alunt.

Spiritualiter examinanda & sumenda sacramenta.

Ambros. de ijs qu. initiantur
sacris cap. 9.

Ipse clamat Dominus, Hoc est corpus meum. Ante benedictionem cœlestium verborum alia species nominatur, post consecrationem corpus Christi significatur.

Verbum significandi tribuitur pani, idq; propter consecrationem.

C A P V T

HO C ap̄tūt cōtinēt aliam quēstionēm veræ & genuinæ explicationi verborū Christi apprimē seruientem, qua ex sanctis & Orthodoxis veteris & orthodoxæ ecclesiæ patribus docetur, quomodo & quam ob causam panis dicatur corpus & vinum sanguis Christi: nimirum non *metamorphoſia*, hoc est, mortalia Transubstantiatione, nec fabulosa *ovaſioſia*, hoc est alligatione corporis & sanguinis Christi ad externa signa: sed vñione sacra mentali, & quia sacramenta sunt, hoc est externa signa & symbola corporis & sanguinis Christi spiritualiter percipiendi.

Tertullianus lib. 4. contra
Martionem:

Christus acceptum panem & distribuitum discipulis, corpus suum illud fecit, Hoc est corpus meum dicendo, id est, figura corporis mei.

Panis dicitur corpus Christi, quia est figura eius.

August. ad Bonifacium Epistola 23.

Q V A E S T . D E V E R B I S

Sicut ergo secundum quendam modum
Sacramentum corporis Christi, corpus Christi est,
Sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est : ita Sacramentum fidei si-
des est.

Sacramentum corporis & sanguinis Christi est
corpus & sanguis Christi secundum quendam
modum.

Modum autem illum explicat Epist.

23. ad Bonifac. Tratt. 63.

in Ioann.

Sacramentum rei, eiusdem rei vocabu-
lo nuncupatur. Ita solet scriptura loqui, vt
res significantes, tanquam illas, quae signifi-
cantur, appellat.

Signum pro re signata.

Idem de Trinit. lib.

3. cap. 4.

Illud corpus & sanguinem Christi dici-
mus, quod ex fructibus terræ acceptū & pre-
ce mysticè consecratum, rite sumimus in me-
moriā Dominicæ passionis,

Signa dicuntur corpus Christi, quia sumuntur
in memoriam passionis eius.

Idem in in lib. Sentent.

Prospere.

Sicut

COENAE DOMINI. 139

Sicut ergo cœlestis panis suo modo vocatur corpus Christi, cum reuera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet, quod visibile, quod palpabile, mortale in cruce positum est: vocaturq; ipsa immolatio carnis, quæ sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio.

Panis vocatur corpus Christi, quia eius sacramentum est. Cœna dicitur immolatio carnis Christi per mysterium.

Hieronymus ad Hebijidam.

Nos audiamus panem à Dominō fractum esse corpus Domini nimirum, quia nobis in memoriam passionis eius inculcatur, qua ad gratiarum actionem & nouitatem vitæ assuegimus, cupientes iam non nobis, sed Christo vivere.

Panis corpus Domini, quia memoria passionis.
Finis & effectus cœne Dominicæ.

Bertramus Presbyter.

Claret quia panis ille vinumq; figuratè Christi corpus & sanguis existit. Item, nihil absurdius quam panem carnem accipere propriè & vinum sanguinem dicere.

Signa figurata sunt res figuratae, et impropriæ.

Q V A E S T . D E V E R B I S

Chrysostomus in Matth.

Homil. 83.

Cœna est mortis Christi symbolum ac signum.

Idem ad Heb. Ho. 17.

Exemplar. Hoc sacrificium est exemplar illius quod in cruce factum est.

Idem in Psalm. 22.

Panis & vinum similitudo sunt corporis similitudo & sanguinis Christi.

C A P V T VII,

HV Cvsque multis & apertis veterum patrum testimonij probauit author, primò panem & vinum in sacra cœna recte & piè, hoc est, sacræ scripturæ, naturæ Sacramentorum, & veteri orthodoxæque Ecclesiæ consentaneè & congruenter, signa, simbola, typos, antitypos corporis & sanguinis Christi nominari. Deinde quoque ex ijsdem declaratum est, quomodo panis & vinum sint & dicantur corpus & sanguis Christi: nimirum non ob μετασοιαν seu consubstantiationem nudius tertius in ecclesiam inuesti, pon ob alligationem panis ad vinum crassam, neque ob inclusionem rerum signatarum in signa

signa auditu horrendam, sed tantum propter
unionem sacramentalem χεπικην seu relati-
uam. Nequa verò dubium nobis est, quin pi-
us & æquus lector huic simplici & perpetuæ
orthodoxæ ecclesiæ sententiæ non sit contra-
dicturus.

C A P V T VIII.

Sed præstat constantem & perpetuā cū
S. Literarum, tu m veterum de loco, in
quem Christus, hoc mundo relicto, se rece-
pit suo corpore, & in quo manebit usque ad
diem iudicij, sententiam, cum ex sacris literis,
tum ex ipsis patribus demonstrare & pio le-
ctori ob oculos proponere: ut aduersariorū
vanitas toti mundo patefiat.

Argumen-
tum & sum-
ma capitit,

Symbolum Apostolicum.

Ascendit ad cœlos: ubi sedet ad dextram
Dei. Inde venturus est ad iudicandum viuos
& mortuos.

*Corpus Christi nunc est in cœlo, non in pane:
redibit ad iudicium, non in panem.*

Actorum 1.

Hic Iesus qui sursum receptus est à vobis
in cœlum, ita veniet quemadmodum specta-
stis eum proficiscentem in cœlum.

*Corpus Christi est sursum, est à nobis, est in cœ-
lo, non redibit nisi visibiliter.*

QV AEST. DE VERBIS

Matth. 24.

Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut hic ne credatis. Surgeant enim Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & edent signa magna & prodigia: ita ut seducant etiam eleatos, si fieri possit. Ecce prædixi vobis, Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est, ne egrediamini: Ecce in conclaubis est: ne credatis.

Qui corpus Christi alibi monstrant quam in celo, sunt Pseudochristi ex Pseudoprophetæ: quibus circa animarum detrimentum fides haberi non potest. Attendite ubi quicunque.

Ioan. 16.

Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum & proficiscor ad patrem.

Mundum relinquere ex in mundo esse sunt contradictiones. Notate curvatae, ac.

Ibidem.

Sed ego veritatem dico vobis: conforto vobis, ut ego abeam. Nam nisi abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin autem abiero mittam eum ad vos.

Si Christus corpore suo adhuc esset in mundo, Spiritus Sanctus non venisset. At venit. Ergo.

Coloss.

Coloss. 3.

Si resurrexistiſt cū Christo, ſuperna quæſite, vbi Christus eſt ad dextram Dei ſedens. Superna cura, non terrena.

Christus ſuo corpore eſt in ſupernis: non in terribus elementis, non in folijs arborum, non in cantharis ceruifarijs.

Philip. 3.

Noſtra conuerſatio in cœlis: vnde etiam ſeruatorēm expeſtamus, Dominum Iesum Christum.

Quem alicunde expeſtamus, cum ſcimus non nobiscum eſſe.

Actorum 3.

Quem (intellige Christum) oportet cœlo capi vſq; ad tempora reſtitutionis omniū: quæ prædixit Deus per os omniū sanctorum ſuorum à ſeculo prophetarum. In hunc locum præclare contra ubiquitariorum corruptelam commentatur Nazianzenus, orat.z. de Filio Dei. Δεὶ γὰρ ἀυτὸν Βασιλίου ἀρχεῖ τὰ δέ, καὶ ὑπ' ἐργασίᾳ εὐθύνει ἀρχεῖ χρόνων διοκαταστάσεως, Id eſt, Oportet eum regnare vſque huc & à cœlo capi vſque ad tempora reſtitutionis.

Ergo non capitur pane, non reſti carnificis, non ore impuro infidelium, non fœtidis cantharis vina-rijs & ceruifarijs.

QVAEST. DE VERBIS

Testimonia veterum Doctorum.

Cum locis scripturæ modò allatis, egestate consentit totus orthodoxorum Patrum chorus: quorum pauca tantum breuitatis studio, exempla producam.

Augustinus Epist. 57. ad Dardanum.

Noli dubitare, ibi nunc esse hominem Iesum Christum, unde venturus est.

Ergo neque Aug. de hac sua sententia dubitauit. Memoriterque recole & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit a mortuis: ascendit in cœlū: sedet ad dextram patris: nec aliunde quam inde venturus est ad viuos mortuosque iudicandos.

Christianæ confessio contra Vbiquitarios.

Ergo nec alicubi est.

Et sic venturus est illa Angelica voce testante, quemadmodū ire visus est in cœlum, id est in eadem carnis forma atque substantia: cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formā non erit putandus ubique diffusus.

Ergo nec forma ubiquitaria, nec inuisibili, nec supernaturali.

Valeat ergo monstrum Vbiquitatis.

Cavendum enim est, ne ita diuinitatem astruamus

COENAE DOMINI.

142

astruamus hominis, ut veritatem corporis
auferamus.

Vbiq[ue]itas tollit veritatem corporis.

Idem de Essentia Diuinitatis.

Filium Dei secundum substantiam diuinitatis suæ inuisibilem, incorporeum, immortalem & incircumscrip[t]u[m], nos credere & confiteri oportet; Iuxta humanitatem verò visib[ile]m, corporeum, localem, atq[ue] omnia membra humana veraciter habentem credere conuenit & confiteri. Plura in hanc sententiam qui ex August. desiderat, legat Tractat. in Io[ann]o, 30.50. Item cont. Felici. cap. 9.10.11.12. Item de Agone Christ. cap. 24.25.26.

Christus non nisi diuinitatis ratione inuisibilis & incircumscrip[t]us.

Ergo cadit Vbiq[ue]itariorum figmentum de inuisibili & illocali præsentia.

Cyrillus in Ioan. cap. 22.

Nihil ergo mali nobis accidere potest, ait, si carne abfuero, cum Deitatis meæ potestas, quæ vos hucusq[ue] seruauit, in posterum etiam seruatura sit.

Christus carne absens, seruat nos diuinitate,

Idem lib. 9. in Ioan. cap. 21.

QVAEST. DE VERBIS

Quemadmodum, quando ut homo ver-
sabatur in terra, tunc etiam cœlos implebat
& angelorum consortia non relinquebat: eo-

Adest car-pe. dem nunc modo cum sit in cœlis cum carne,
terram tamen implet, & cum eis est, qui illum
diligunt, quod secundum carnem tantum abi-
turus erat: adest autem semper virtute diu-
nitatis, ut dixi. Modico tamē tempore se cum
discipulis futurum dicebat: aperte seipsum
nominans, ne quis in duos filios diuidere
Christum auderet.

Adest Dei-
gate.
Christus
hoc modo
non diudi-
etur.

Idem lib. 7. in Ioan.

Deniq; cum de se dixit, Me autem non
semper habebitis, loquebatur Dominus de
præsentia corporis sui: nam secundum maie-
statem suam, secundum prouidentiam, secun-
dum ineffabilem & inuisibilem diuinitatis
gratiam impletur, quod ab eo dictū est, Ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus, usque
ad consummationem seculi.

Ergo non de statu tantum pauperi ex humili,
ut quidam magistraliter interpretatur.

Idem lib. 10. cap. 8.

Nullus ambigit, cum ad cœlos ascenderit,
quamuis virtute semper adfuerit, præsentia
tamen carnis ipsum absuisse.

Imò, Cyrille, hodie multi non modò ambigunt,
sed pertinaciter oppugnant.

Vigilius

Si verbi & carnis vna natura, quomodo
 cum verbum vbiq; sit, non inueniatur vbiq;
 & caro? Nam quando in terra fuit, non erat
 vtiq; in cœlo: & nunc quia in cœlo est, non est
 ipam expectemus Christum de cœlo ventu-
 rum, quem secundum verbum nobiscum esse
 credimus. Igitur secundum nos, aut verbum
 cum carne sua loco continetur, aut caro cum
 verbo vbiq; est: quoniam vna natura contra-
 rium quid aut diuersum non recipit in seipso.
 Diuersum est autem & longe dissimile, circum-
 scribi, & vbiique esse. Quia verbum vbiq; est,
 caro autem eius vbiq; non est: apparet, vnum
 eundemq; Christum non eiusdem esse naturæ:
 & esse quidem vbiq; secundum naturam Diui-
 nitatis suæ, & loco contineri secundum natu-
 ram humanitatis suæ: creatum esse, & initium
 non habere: morti subiacere, & mori non pos-
 se. Hæc & fides & confessio catholica, quam
 Apostoli tradiderunt, Martyres roboraue-
 runt, fideles nunc usque custodiunt.

Ach mi Vigili, sunt hodie, qui utramq; naturam
 vbiique constituant: ac te hoc modo argumentantem
 Dormilium vocent.

Sed Theologi nostræ ætatis ista contradictria,
 quod tuum ecumen fugit, possunt conciliare, scilicet.

QVAEST. DE VERBIS

Noui verò Eutychiani, ignorantes naturā priorum, contendunt utramq; naturam esse ubique & tamen diuersas esse.

At hodie eam Zwinglio & Caluino tribuant ubiquitarij, & hereticam proclamat.

Idem lib. i. cont. Euych.

Dei Filius secundum humanitatē suam recessit à nobis: secundum diuinitatem suam ait nobis, Ecce ego vobiscū sum, vsq; ad summationem seculi. Quia quos reliquit & à quibus discessit humanitate sua, non reliquit nec deseruit diuinitate sua. Per formam enim serui, quā abstulit à nobis, in cœlo absens est à nobis: per formam Dei, qua non discessit à nobis, in terris præsens est nobis: tamen & præsens & absens unus idemq; est nobis.

Ergo non tantum disparuit, sed verè abiit.

Putabam eum formam serui abiecisse.

Hodie ubiquitarijs secus videtur pro suo ac^{cep}mine logico.

C A P V T I X.

PRæcedentibus capitibus subijciemus alli-
quot theses autoris, quas ex verbis insti-
tutionis cœnæ Dominicæ accurate & exqui-
site deduxit. Agitur autem in ijs de vero &
genuino

genuino sensu verborū Christi, qui non tantum dilucidè explicatur, sed firmis quoq; rationibus & locis S. Scripturę stabilitur & confirmatur. Sed quia istæ longiores sunt, operæ pretium facturi videmur, si in gratiā eorum, qui documenta hinc sumere cupiunt, eas in certa aliquot membra tribuamus. Ac primo quidem exponitur vera ratio manducandi carnem & bibendi sanguinem Christi, quam nos amplectimur, & probamus.

I.

Euangelij doctrina de Christo rege & sacerdote nostro concionatur: qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

Doctrinæ Euangelicæ summa, obiectum, et finis est Christus.

II.

Quisquis igitur hinc vel minimum desieret, nunquam de veritatis doctrina ritè & appositiè differere poterit.

Ergo in ea doctrina Christus tanquam scopus intuendus.

III.

Ac, cum sacramenta Euangelij sint signacula, is de horum quoq; vi, natura, & officio aptè differet, qui à Christo ordinetur.

QVAEST. DE VERBIS
Sacramenta Euangelij significula.

III.

Cum autem Christi caro verus cibus sit
& sanguis verus potus, hoc solum Hierosolimo teste, habemus in hoc seculo bonum, si
vescamur carne eius, sanguineque potemus, non solum in mysterijs, sed etiam in scriptura-
rum lectione ac prædicatione.

Caro Christi & sanguis eius non solum in Sacra-
mentis, sed etiam in lectione & prædicatione
verbi manducatur & bibitur.

V.

Nam verbo Dei prædicantis tradito, &
in uterū mentis trajecto, fidelis Christi man-
ducare dicitur atque sanguinem eius bibere:
Quid sit edere carnem Christi, & sanguinem

bibere.

VI.

Sed quis tam stupidus est, ut in labijs seu
sono prædicantis, vel in chartis carnem Chri-
sti & sanguinem latere putet aut dicat, nisi
impropriè?

Quomodo Christus sit in sono prædicantis &
chartis.

VII.

Nam & Paulus Christum apud Galatas
crucifixum esse dixit: nullus tamen ita litera
affixus est, ut contendat naturaliter & carna-
liter

COENAE DOMINI.

143

liter Christum apud Galatas crucifixū: quiuis enim intelligit verbis subesse tropum. Apud Galatas ergo crucifixus est Christus, quod ex verbi prædicatione crederent eum esse crucifixum. Fides enim multò certius res ipsas Fidel certissimam apprehendit, quam sensus: atque absentia loci videt intellectu.

VIII.

Iuxta hunc loquendi modū confitemur in cœna manducari corpus Christi à fidelibus non tamen corporaliter aut naturaliter, Sicut enim Christus non est in sermone aut libris propriè ac corporaliter, ita nec in pane.

IX.

Atque hac ratione non solum Papistarum de Transubstantiatione commentum sed omnes futilis argutiae, quæ vel cœlesti gloriae Christi detrahunt, vel veritati humanae naturæ non conueniunt.

ALTERVM MEMBRVM OSTENDIT fontem ac originem controversiæ Eucharistie: et disputat de copula seu verbo, Est.

X.

Tota verò de sensu verborum Christi controversia ex verbi substantiui diuersa accessus

T

QVÆST. DE VERBIS

ptione nascitur verbū enim Substantiuum,
Est, propriè ὑπαρκηως seu substantiū, im-
propriè verō significatiū & similitudinariē
usurpat in literis sacris & prophanis.

Controversia orta ex copula est.
Verbi est due significations.

X I.

At cum hæ significations expositioni
aduersariorum minus conueniant, coacti sunt
nouam quandam Grammaticam cōminisci.
Alij enim pro continet, alij pro Transubstan-
tiatur possum putant: cum tamen panis nec
à continendo, nec à Transubstantiatione, sed
à significatione nomen corporis Domini for-
tiatur.

Due falsoe & à significatione verbi Est abhor-
rentes expositiones.

X II.

Si enim exponas, Panis est, id est, sub se
& in se continet corpus Christi, tanquam sac-
eus auenam aut cantharus vinum, vide quæ
absurda inde non consequantur. 1. Panis lo-
cus erit: & vnum corpus in multis locis: &
multa corpora in uno loco, & corpus in cor-
pore, & in atomo & puncto. 2. Panis cum
Christo crucifixus, sepultus, à mortuis resur-
seitatus: siquidem durasset ille panis post coe-
nam, & quod corpori conueniret, vt esse in
cœlo,

cælo, pani quoq; conueniret. 3. Item si in pâ
ne est corpus Christi, & hæc sunt copulata;
oportet tres in Christo naturas afferere, diui
nâmi, humanam, & paniceam: cum tamen ver
bum non aliam induerit substantiam quam
hominis.

*Corpus non esse in pane ostenditur deductione
ad absurdum: nam ex vero nihil nisi verum sequitur.*

XIII.

Proferant aduersarij similes locutiones
sacramentales, easque hoc modo resolvant:
tum demum enim videbunt immo manibus
palpabunt, quot monstra illa synechdoche
alat, quam à communi sacramentorum lo-
quendi consuetudine aliena sit, quam natu-
rati sacramentorum euertat.

Hic Rhodus, hic saltate Synus iste.

XIII.

Pontificij, & tam absurdis abhorrentes, Pontificij
malunt dicere panis substantiam in nihilum tum error.
verti, contradicente sensu externo, reclaman-
te natura sacramentorum, & obstante S. Scri-
ptura, quam ita ridiculè loqui. Est igitur ver-
bum, pro Transubstantiari usurpant: hoc Quid sit.
Transub-
stantiari.
non fieri aiunt, conversione substantiæ unius
in alteram sed quod in locu panis, quem ipsi
euangelio somniant, subeat corpus Christi.

QVAEST. DE VERBIS

X V.

Hoc autem omnibus linguis, omnibus gentibus, omnibus sacramentis nouum & inauditum est: ut verbum substantiale hoc modo usurpetur.

X VI.

Transubstantiationem sero tandem coninxit, definiuit & in ecclesiam inuexit Tironicum, Vuercellense, ac Romanum concilium. Pontifice autem Innocentio tertio nocentis anno decretum quoque factum est de Transubstantiatione, quod confirmauit horribilem idolomaniam.

Transubstantiationis cause procreantes.
Causa conseruans. Effectus.

X VII.

Iam vero si vel Transubstantiū vel substantialiter corpus, quod traditur, esset panis ille, etiā 1. panis esset corpus: 2. idem de seipso prædicaretur: 3. idem exemplar sui ipsius esset: 4. imago sine imaginatio, relatum sine correlatio, accidentia sine subiecto existerent: 5. & una natura ex duabus non alteratis esset, & numerarentur duo individua in uno individuo: 6. Item hæreret corpus illud impantum aut in corpore aut in anima. At caro Christi nostre carni carnaliter non unitur. In eptū autem est opinari: quod caro Christi in animam

mam ingrediatur, cum tamen eam satiare dicatur. Quomodo enim anima capax est carnis, quæ non est corporea, nec locum præbet corpori? Caro autem non est nisi in certo loco.

Transubstantiationis absurditas: uno enim dato & concessso absurdio, multa sequuntur.

Nostra uita cum Christo non carnalis.
Anima qualis. Caro non nisi in loco.

XVIII.

Ex his omnibus luce meridiana clarius Concluimus, panem neque synecdochice, neque Transubstantiatione, neque propriè corpus Christi esse appellari: neque aliter intelligi posse & debere quā symbolicè, significatiuè, & metonymicè.

TERTIVM MEMBRVM ALI-
quot rationibus, exemplis, & testimo-
nijs probat in verbis Christi
esse tropum.

XIX.

Quod ad verba Christi eorumque sensum Verum & attinet, nos quidem ea summa reverentia ex osculamur, verissimamque esse ex animo credimus: sed subesse tropum Idiomatis certò assentimus. Plana quoque esse libenter concedimus Figuratum & confitemur, sed tamen ita plana, ut tropo & planum non opponantur. idiomatis consistent, & plana sint initiatis non rudibus.

QVAEST. DE VERBIS

X X.

Non enim rarum & infrequens est, ut si
gurae seu symbola rerum signatarum sortian-
tur nomina, tropo videlicet metonymias.

Regula Sacramentis v&itata & frequens.

X X I.

Declaratio ab exemplis. Hinc in S. Literis existunt istae loquendi
formulæ: Circumcisio est fœdus: Agnus tran-
situs: Petra Christus: Arca Domini Dominus,
Sacrificia expiationes & peccatum: Baptis-
mus lauacrum regenerationis & ablutio pe-
catorum: Panis corpus Christi: Poculum no-
num Testamentum & Sanguis Christi.

X X II.

Deducit ad absurdum. Augustini regula. In his locutionibus, si literæ adhæreas, &
signa pro rebus ipsis interpreteris, carnaliter
sapis. Si enim (inquit Augustinus) figurata
dictum sic accipitur, tanquam propriè dictum
sit, carnaliter sapitur.

X X III.

In cōmuni qnoq; vita & rebus humanis
smiles occurruunt locutiones: in contractu
matrimoniali, anulus, fides & humanitas; in
administratione domus, clavis potestas; in
electione regis, corona & sceptrum, regnum:
in edictis principum, sigilla mandata: in te-
stamentaria, literæ hæreditas (& quis omnia
conse-

consecetur?) nominantur.

Illustrat rem exemplis ex communi vita deo
promptis.

XXIII.

Solet etiam S. Scriptura, cum de Christo
& corpore eius mystico, id est, ecclesia loqui-
tur, ut plurimum tropicè & figuratè loqui.

Tropi de Christo & Ecclesia frequentes in S. L.

Christus enim virga, flos, ouis, altare, thro-
nus, gratiæ, germen, sol, petra, oriens, fons,
imago, caput, signum, radix Iesse, Pastor, pa-
nis, via, vitis, lux, lapis nominatur. Eodem
modo ecclesia appellatur vinea, columba,
Hierosolyma, ciuitas Dei, mons Sanctitatis,
vivit lapides, regnum Dei, sponsa, templum,
mater, amica, regina, Sion deserta, filia nun-
cupatur.

*Exempla de Christo tam in nouo, quam veteri
Testamento.*

QVARTVM MEMBRVM CON-
tinet prolepsin & refutationem obiectionis ad
nauseam usque repetitæ, omnia videlicet
verba in Sacramentis propriæ
acciendi.

QV AEST. DE V ERBIS

XXV.

¶ Prol. p. 11.

Siquis dicat aliam Sacramentorum ^{cetera} rationem, ubi omnia verba propriè accipi debant, id omnino falso esse asserimus.

XXVI.

Nusquam enim adeò figuris abundat oratio ut in Sacramentis, sicut & in contextu verborum cœnæ multæ figuræ occurunt. Nam pascha pro agno figura est: frangia apud Paulum figuratè de corpore Christi dicitur: De fructu vitiis periphrasis est vini: Datur, Effunditur enallage est, nam præsentia proximox futuris ponuntur. Nemo in hisce locis tropus esse negare audet. Tropum ergo & in his verbis, Hoc est corpus meum omnes concedant necesse est.

Refutatio obiectionis ab inductione & resolutione locutionum Sacramentalium.

XXVII.

Refutatur
ex Paulo.

Quare & Paulus hæc verba Christi declaraturus nunquam amplius in declaratione vel corporis vel sanguinis vocabulum manducandi & bibendi verbis adiungit. Sed quiescunque de manducando & bibendo difficerit, non aliud addit quām panem & poculum, non sine clarissima articulorum & demonstratiui signi appositione. Hæc verò particula Donec innuit, hoc sacrum fore perpetu-

perpetuum & spirituale, non carnale. Spiritu enim verè adest Dominus, corpore tamen in cœlis resider.

XXVIII.

Sed & Christus non mediocre argumentum suppeditat. Quia enim corpus & sanguinem commendauit Christus, & à se inuicem discreuerit, quæ natura non separantur: neque enim viuit corpus absq; sanguine. Manifestè ergo protestatus est in geminis signis esse exemplaria rerum, non res ipsas.

Christus qui i gemin. signa instituit, docuit in signis esse figuram.

XXIX.

Nusquam autem in ipsis coenæ verbis patrem alloquitur Christus, ut corpus suum fiat, sed discipulos iubet manducare: ac promissiones, quibus consecratio fit, non ad elemata ipsa, sed ad eos qui recipiunt, destinantur.

XXX.

Et Euangelistæ discernunt signa à rebus: de pane enim dicunt dedit, de corpore datur: de pane fregit, de corpore frangitur: De pane illis, de corpore pro vobis: de vino dedit, de sanguine effunditur: de vino illis, de sanguine pro multis & pro vobis: de poculo in mei memoriam, sed de sanguine in remissione peccatorum.

Q V A E S T . D E V E R B I S

X X X I.

Ad quoscunque autem solidos diuertet
ris authores, nullum non inuenies corpus
Christi exponere sacramentum vel sacram
signum corporis Christi. Item sanguinem ca
licem mysticum, vel mysterium vel sacramen
tum sanguinis.

X X X I I.

Ista veritas Euangelistarū collatione mani
festa est. Nam quod Marcus ait benedixit,
hoc Matthæus, Lucas & Paulus gratiarum a
ctionis verbo explicant. Vocabulum igitur
benedicendi non significat vi verborum pa
nem in carnem conuertere, aut carnem ēcc
lo deportare, sed gratias agere.

X X X I I I.

Quod Matthæus & Marcus simpliciter
dicunt, Hoc est corpus meum quod pro re
bis datur, discernunt signum à signato. Aliud
enim est, quod datur nobis, & aliud, quod da
tur pro nobis.

X X X I I I I.

Quod Lucas simpliciter dicit, Hoc est
corpus meum, non præmisso præcepto, hoc
aliud per præceptum Christi exponunt. Ac
cipite, comedite, quæ propriè de pane, de
corpore Christi impropriè accipienda sunt.

Quod

XXXV.

Quod Marcus cum Matthæo ait, **Hic** est sanguis meus Noui Testamenti, id Mat-
thæus per Christi præceptum exponit, Bibi-
te ex hoc omnes: id quod ad sanguinem im-
propriè, ad poculum propriè refertur. Et
Marcus seipsum exponit per præcedentia. Et
biberunt ex eo omnes. Lucas & Paulus per
hæc verba, Hoc poculum nouum Testamen-
tum, est idem significarunt. Nam nouum Te-
stamentum impropriè dicitur.

XXXVI.

Quod Matthæus & Marcus breuius esse-
runt, id Lucas & Paulus per hæc verba expli-
cant: **Hoc** facite in mei memoriam. Pau-
lus hanc Christi vocem utriusque speciei addit
ut exponat, quomodo panis & vinum corpus
& sanguis Christi sint.

XXXVII.

Quod Paulus dicit reus erit corporis &
sanguinis Domini, id seipsum exponens
effert clarius, Iudicium sibi ipsi edit & babit.
Et quod dicit, Non dijudicans corpus Do-
mini, id supra clarius extulit, **Quisquis a-**
derit panē hunc, & biberit de poculo hoc in-
dignè. Indignè enim edere panē, & nō dijudi-
care corpus D. & nō probare seipsū id ē sunt:

Q V A E S T . D E V E R B I S

sicut dignè edere panem, probare seipsum,
dijudicare corpus Domini, idem sunt. Et
quod 1. Corinth. 10. dicit, Panis quem frangi-
mus, nonne communicatio corporis Christi
est? id statim clarius effert. Quoniam vnum pa-
nis, vnum corpus multi sumus. Hic enim nos
qui de pane cœnæ participamus, & panem
vnum vel corpus vnum Christi appellat: pa-
nem vnum, quod de uno pane participamus,
sicut ipse sese exponit, item ut significet uno
nem ecclesiæ: vnum corpus, quod fide effici-
tur corpus vnam spirituale, scilicet corpus
vel membra Christi.

Q V I N T U M M E M B R U M C O N- tinet prolepsin et refutationem obiectionis de serimine Sacramentorum Veteris et Novi Testamenti.

X X X V I I I.

Quod si quis obijciat nihil hoc modo di-
scriminis relinqui inter sacramenta veteris
& noui Testamenti, si panis corporis Christi
figura est, non veritas.

Prolepsis obiectionis.

Respondeo illi cum Augustino, Quose-
quauit fides, non reddunt inferiores sacra-
menta. Tantum obscuriora illis, manifestiora
nobis

nobis sunt sacramenta. Sacramentis veteris
Testamenti Christus prænunciatus est, no-
stris annunciatur.

2. *Responsio ex Augustino.*

X X X I X.

Proinde Paulus cogit asserere eum de m
spiritualem cibum fuisse patribus, qui & no-
bis est. Imo ut veterum sacramenta circumci-
sionem & pascha nobis, ita nostra veteribus
attribuit.

3. *Responsio ex Paulo.*

X X X X.

*Sic caro Christi in pane esset, quæ in manna
vel agno esse non poterat, non solum religio-* Propositio
nis modus & externa facies, sed etiam ipsa re
*ligio variata esset, & plurimum patribus de-
negatum.*

4. *Responsio à deductione ad absurdum.*

X X X X I.

At Paulus in Epistola ad Hebr. eandem pa- Assumptio
trum & nostram religionem asserit: Iesus
Christus heri & hodie, idem est etiam in secu-
la. Eadem enim est vis sacrificij & sacerdotij
Christi, eadē omnibus seculis virtus Christi.

X X X X I I.

Veteres igitur spirituales nobis pauperio- Complexio
res non fuerunt, & panis noster agno illorum
pretiesior non est.

QVÆST. DE VERBIS

XLI.

Propterea & Christus cœnam agni, cœnam
Domini coniungit, vt ostendat veterum &
nostra signa ferè paria esse.

Cōplexionis probatio à factō Christi eiusq; fine

XLII.

Ac vt constet sacramentorum vtriusq; Te
stamenti eandem rationem esse, ipsa quoque
verborum conuenientia & imitatio id decla
rat. Nam veterum Sacra menta eadem ferè ha
bent verba, quæ & nostra, vt studio quodam
ex veteri Testamento in nouum desumpta ei
se videantur. Ut enim de circumcisione dici
tur, Hoc est sœdus meum: ita de pane, Hoc est
corpus meum. Ut de agnō dicitur hoc erat
vobis in memoriam: Ita in cœna hoc facite
in mei memoriam. Et vt circumcisio Testa
mentum dicitur: ita poculum nouum Testa
mentum appellatur. Ut deniq; de sanguine
hircorum, Hic est sanguis Testamenti: ita de
poco, Hoc est sanguis noui Testamenti.

4. Responsio à collatione phrasium sacra
mentalium vtriusq; Testamenti.

C A P V T X.

Somma ca
piens. **P**er texit author aliquot generales cano
nes seu regulas ad sacramentorum ratio
nem

nem, proprietatem, formam, finem & effectum
explicandum & cognoscendum utiles ac ne-
cessarias.

I.

Sacramentum est diuinæ in nos gratiæ Definitio sacramenti.
testimonium, externo signo confirmatum,
cum mutua nostræ erga ipsum obseruantæ
testificatione.

II.

Quod vero ad nomen ipsum attinet, Sacra-
mentum pro Græca voce μυστήριον ab inter-
pretibus sacris positum est, id est, pro arcano
ritu rei sacræ. In qua significacione apud Ec-
clesiasticos authores subinde occurrit: vnde
factum est, ut ad signa illa, quæ augustam sub-
limium & spiritualium rerum repræsentatio-
nem haberent deducerentur. August Ep. 5. Augu. Ep.
ad Marcellum Longum inquit, esset disputare de s. ad Mar.
varietate signorum, quæ cum ad res diuinas
pertinent sacramenta appellantur. Præpriè
Sacramentum etiam iuramentum est militis, Sacramen-
quo se suo Imperatori vovet. tū propriè

Hanc habet vim ubi sacris nostris signis co-
uenit. Ut enim milites militari illo sacra-
mento fidem suam obstringunt imperatori, & mi-
litiam suam bellaturi profitentur, ita nos no-
stris signis Christum Imperatorem profite-
mar, & sub eius signis nos militare attesta-
mur.

Notatio
ac ministratio.

Augu. Ep.
ad Marcellum

Sacramen-
tū propriè

Accomo-
datio.

Q V A E S T . D E V E R B I S

III.

Sacramen-
ti nomen
generale. Sacramenti nomen generaliter signa com-
plectitur, quæ vñquam hominibus Deus de-
dit vt certiores securosq; de suarum promis-
sionū veritate redderet. Ea verò in rebus na-
turalibus nonnunquam extare voluit: non
Sacramen-
ta in rerum
Natura. nunquam in miraculis exhibuit. Prioris ex-
empla sunt, vt cum Adæ & Euæ arborem vi-
tae in arrhabonem immortalitatis dedit, vt
eam sibi securè præmitterent, quam diu ede-
rent ex illius fructu. Item cum cœlestem ar-
cum Noah & eius posteritati in monumentū
statuit, se posthac diluio nō dissipaturum
terram. Hæc Adam & Noah pro sacramentis
habuerunt.

Sacramen-
ta miracu-
losa. Posterioris generis exæpla sunt, cū vellus
Gedeonis irrigauit tore sicca terra rursus ter-
ram irrigauit intacto vellere ad pollicendum
Gedeoni victoriam. Item cum umbram Ho-
rologij retrorsum decem lineis retraxit ad
promittendum Ezechiaz incolumentatē. Hæc
quando siebant ad subleuandam fidei eorum
imbecillitatem, sacramenta etiam erant.

III.I.

Redemp-
tionis my-
sterii sacra-
mentum. Redemptionis etiam mysterium natura
sua incomprehensibile est, figuram ergo eius
& imaginē in signis visibilibus exhibet Chri-
stus. Imò datis arrhis & tesseris tam certura
nobis

nobis facit, quam si oculis cerneretur. Proinde neque literæ adhærere, neque iuxta seruilem infirmitatem signa pro rebus ipsis accipere debemus.

V.

Talia autem testimonia seu signa paucissima apud nos sunt, duo nimirum: Baptismus & cœna Domini. Vnde Augustinus ad inquisitiones Ianuarij lib. 2. cap. 19. Quamuis inquit, neq; hoc iure possit, quomodo contra fidem sit, ipsam tamen religionem, quam paucissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei liberam esse voluit, seruilibus oneribus premunt: vt tolerabilius sit conditio Iudeorum, qui etiamsi tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen sarcinis, non humanis presumptionibus subiiciuntur. Sed ecclesia Dei inter multas paleas multaque zizania constituta multa tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem vel beatam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit. Idem lib. 2. de doctrina Christiana cap. 9. Pauca quædam, inquit, pro multis, eademq; factu facillima, & intellec^tu augustiss. & observatione castissima, ipse Dominus & apostolica tradidit disciplinam: sicut est Baptismi sacramentum, & celebratio corporis & sanguinis Christi. Quæ vñusquis cum participat, quo referantur, imbutus ag-

Sacramenta nostra pauca
Aug. ad In
quæd. Iun. lib.
2. cap. 19.

Idem lib. 3.
de doct.
Christ. ca. 9

Q VAE S T. DE VERBIS

noscit, ut ea non seruitute carnali, sed spiritua-
li potius libertate veneretur.

Idem Ep. 8. ad Ianuarium: Christus sacra-
mentis numero paucissimis, obseruatione fa-
cillimus, significatione præstantissimis, socie-
tatem noui populi colligauit: sicut est baptis-
mus trinitatis nomine consecratus, & com-
municatio corporis & sanguinis ipsius.

Nicenū cō-
ciliū dnoꝝ
de luctuā
tis canones
tradidit.

Nicenum concilium ut duo agnoscit sacra-
menta, ita duos constituit de sacramentis ea-
nones, quorum alter de sancto baptismo, al-
ter de diuina mensa, seu mysterio corporis &
sanguinis Christi conscriptus est. Prior hic

Prior de
baptismo.

est, Baptisma nostrum non visibilibus oculis
sed mentalibus considerandum est. Aquam
vides: considera in aquis velut in arcano ab-
fonsam esse diuinam vim. Nos enim spiritu

Posterior de coena.

sancto & igne baptizari tradut̄ sacra eloquia.
Posterior hic est. Iteram etiam hic in diuina
mensa, ne humiliter intenti simus ad proposi-
tum panem & poculum, sed exaltata mente, si
de consideremus situm esse in sancta illa men-
sa agnum Dei tollentem peccata mundi, qui
non victimarum more à sacerdotibus sa-
crificatur: & pretiosum illius corpus & san-
guinem verè sumentes nos credere hæc esse
nostræ resurrectionis symbola. Nam propter
hoc neq; multum accipimus, sed paruum: vt
sciamus

sciamus quod hæc non satietati, sed sanctimo
niæ seruant. Duo sacramenta etiam agnouit
Tertul. Lege Dist. 12. ca. Omnia. Totidem ag-
nouit & Greg. de quo caus. i. Quæst. i. ca. Mul-
ti secularium,

V I.

In sacramentis duo sunt spectanda: signum In sacra-
terrenum, & res cœlestis. Signum & res cor-
tis duo spe-
porea est ipsum elementum, & actio seu ele-
mentorum administratio. Res cœlestis est ip-
fa operatio seu virtus Dei, promissio ac om-
nium bonorum communio. Ut in baptismo Baptismus
visibile & terrenum est aqua: inuisibile & res
cœlestis est ipsa regeneratio & adoptio in cœ-
tum filiorum Dei. In Eucharistia visibile sig-
num est & terrenum panis & vinum: Inuisibi-
le & res cœlestis vera corporis Christi & san-
guinis communio, & per hanc parta salus &
Peccatorum condonatio.

V II.

Res ipsæ in sua manent substantia, & sig-
na non transiunt in illas: interim tam en pro-
pter rationem Sacramentorum, rerum sig-
natarum sortiuntur nomina, à similitudine
videlicet seu repræsentatione rerū, quarum
sunt sacramenta seu sacra symbola. Tuti-
sum igitur est docere signum & signa-
rum ita cōnecti, ut discretas naturas partium
Sacramen-
talis unio-

Q V A E S T . D E V E R B I S

quælibet retineat institutione & significatio-
ne. Cohærent, non autem naturarum confu-
sione permixta sunt.

VIII.

Sacramen-
ta tantum
in usu.

Sacramenta in vsu tantum sunt Sacramen-
ta. Exemplaria enim tamdiu suum officium
faciunt, quamdiu rationem habent exempla-
rium.

IX.

Sacramen-
ta sine re in
uisibili.

Sacramentorum visibilis sanctificatio, que
fit per verbum & usum Sacramentalem, sine
inuisibili quidem adesse quidem potest, sed
non prōdest, teste Augustino in Leuit. lib. 3.
Quæst. 12. Idcirco Simoni Mago nihil profuit
visibilis baptismus, cui sanctificatio inuisibilis
defuit.

X.

Inuisibilis
gratia qui-
busdam ad
Iusti & pro-
fici sine ex-
terno signo

Inuisibilis sanctificatio quibusdam adfuit
& profuit sine visibilibus Sacramentis. Neq;
enim Moses, qui visibiliter sacerdotes sancti-
ficabat, vsus fuerat ipse ipsis sacrificijs, vel o-
leo sanctificatus ostenditur. Inuisibiliter vero
sanctificatum negare quis audeat eum, cuius
tanta gratia præminebat.

XI.

Sacramen-
ta utibi-
le non con-
temnendō.

Nec tamen Sacramentum visibile contem-
nendum est. Nam contemptor eius inuisibi-
liter sanctificari non potest. Quare & Eunuc-
chus in actis sponte poscit baptismum, sentia-
ens hoc initiari & conglutinari fideles in vnū
corpus.

Sacra-

COENAE DOMINI. 155

XII.

Sacmenta fidelibus profunt tantum: in Sacmenta
ta profunt
fidelibus.
fidelibus nihil planè.

XIII.

Ecclesia nac formam nec materiam sacra-
menti potest mutare. Ecclesia n*t*
h*s* mutare
potest in sa-
cramentis.

XIV.

Vt circumcisio aquam baptismi, ita agno Sacmenta
ta veterum
& nostrum
paris.
Paschali panem substituit Christus: vt discas Dif-
ferentia
veterum & nostra sacramenta paria esse. Dif-
ferentia tantum hæc est, quod veteris Testa-
menti sacramenta obscuriora, nobis sunt ma-
nifestiora, magis amica & parabilia: ac nō ven-
turi, sed manifestati Christi indicia.

XV.

De sacramentis loquendum est sacramen- Nosse
taliter, id est, medo & ratione sacramentis

XVI.

Præstantius multò est verbum Dei, quam Verbo Dei
præstat sa-
cramentis.
sacmentum. Quare Christus non legitur ba-
ptizasse vñquam, vt est Ioan. 4. Et Paulus pau-
cos admodum baptizauit. Cor. 1. Nihil etiam
tam diligenter commisit Dominus concio-
natoribus quam prædicationem Euangelij:
& licet baptizare iuss erit, maior tamen est do-
cendi functio. Ideo & Paulus, non misit me,
inquit, Dominus, vt baptizarem, sed vt euan-

QVÆ ST. DE VERBIS

gelizarem. Quæ sententia per comparationem
enunciata est. Habent interim suum locum
in ecclesia Dei & sacramenta, eumq; honora-
bilem, minime vero vilem & abiectum.

XVII.

Sacramen-
tum ad om-
nes attinet
ad quos E-
vangelium.

Vt singulorum eu Euangelium, ita & sacra-
mentum: Sacramentum enim est signum seu
confirratio Euangeli: de quo dictum est: Ite
prædicate Euangelium omni creaturæ.

C A P V T XI.

P R A E F A T I O A U T H O R I S.

Varie di-
spunctiones
de verbis
cœnæ.

Magna hoc tempore quæstio est, de
modo præsentiae corporis & sanguini
Christi in cœn Dominica. Disputant alij
contra signorum naturam, de transubstantia-
tione, de mirifica, inquam, panis & vini in na-
ture & substantiale corpus, inque verum
& naturalem siue corporeum sanguinem, co-
uersione; de accidentibus sine subiecto subsi-
stentibus, de corporali corporis Christi præ-
sentia. Cœna certè Domini non longè ab æta
Apostolorum rubigine tecta est, quoniam
& viuo Paulo Corinthij profanationem ali-
te corrupta quam induxerant. Sed concertatio de tran-
substantiatione orta est, primum Rabani tem-
pore

Cœna Do-
non longè
ab Apos-
tolorum æta
te corrupta

pore An. D. 840. Eodē an. vixit Bertramus Presbyter & Monachus qui librum de Sacra mento scripsit. Carolus ergo Galliarum rex, Magni Caroli nepos Bertramo Presbytero duas proposuit quæstiones; Prior talis erat: An quod in ecclesia fidelium ore sumitur corpus & sanguis Christi, in mysterio fiat, an in veritate. Posterior: Utrum corpus quod natū est ex virginē & sedit ad dextram patris, sit, quod ore fidelium, per Sacramentorum mysteria, sumitur in ecclesia. Ad priorem ergo iuratio responsum fuit, quod figura & quod veritas sit. Nostri vero mox atque confessi sunt, panē esse substantiale, essentiale D. corpus, vinum sanguinem naturalem, adjiciunt, sed inuisibiliter, sed ineffabiliter, sed non ut in loco, non qualitatue, non quantitatue. Quasi vero verū essentiale & naturale Domini corpus sine qualitate & quantitate & loco esse possit, nisi forte nunc in ploria omnem veritatem coropris exuerit. Alij Synecdochicōs hæc verba accipiunt, quod corpus & sanguis Christi adsint essentialiter, substantialiter, naturaliter, corporaliter, mirabiliter, inuisibiliter, ineffabiliter, verè, in pane, cum pane, & sub speciebus panis & vini. Et monstruosas diputationes contexunt de Omnipotentia Dei, de miraculosa Christi in pane præsentia.

Træsubst̄
tatio qua
do ortu.

Q V A E S T . D E V E R B I S

Nostra sen
tencia.

Causa insti
tut.

Sunt & alij qui confitentur Christum corporaliter in cœlis esse ad dextram Patris, adeoq; in vno cœli loco: Propter veri corporis modum: & Christum vtrum Deum & hominem: nihilominus ecclesiæ suæ præsentem esse, pascere, satiare, & viuiscare fideles suos, sacram cœnam in terris celebrantes, nō præsentia corporali, sed diuina gratia, redemptio ne efficaci & virtute viuiscatrice non secus atque in Baptismi mysterio fieri credimus. Quanquam enim corpore in cœlis maneat, Dominus tamen purgat, idem ille in ecclesia virtute potenti, eos qui in nomine eius baptizantur. Cum igitur videam quantas nebulas verbis Dominicis sparserit Satan, ac ministri huius regionis, quantopere de sensu verborum Domini inter se dissentiant, pium esse putavi, si qualicunq; opera, pios ac fideles Christi ministros iuuarem, præsertim cum & ipsi nonnihil me rogarint, ut id ipsum prestatrem. Visum mihi est, postquam veras regulas de cœna Domini exposui, breuiter perstringere eius profanationes. Tu igitur quicunque hec legis opellam hanc nostram & qui bonique consulas, ac benè vale.

PROFA

Quod ablata est altera Species Laicis; vt in Ephesina & Constantiensi Syno-
dis, tēporibus scilicet Theodosij Imperatoris
Iunioris, Celestini Pontificis, & Sigismundi
Imperatoris, Ioānis 23. Pontificis (circa annū
Domini 1426. die 15. Iunij, vt videre est in con-
cilijs) & post ætatem Lombardi. Itaque ra-
men omnes concilijs paruerunt. Exemplo
sunt Græci, Rutheni, Ioān. Vuikleff, Ioannes
Huss, Rockkenzan.

Refellitur decretum ex Scriptura.

Marci 13. Quæ vobis dico omnibus dico,
1. Corinth. 10. Omnes eandem escam spiritua-
lem edebant, omnes eundem potū bibeant.
Et Christus dicit: Bibite ex hoc omnes.

Ex Doctoribus.

Ignatius ad Philadelphienses: Vnus est ea-
lix totius Ecclesiae.

Cyprianus de Cœna Domini: Vniuersa,
inquit, ecclesia ad has epulas inuitatur, & qua-
portio omnibus datur.

Ambrosius in Explicatione Cœnæ Domi-
nicæ: Non potest esse deuotus qui aliter præ-
sumit, quam datum est ab authore. Idem in

QVAEST. DE VERBIS

Epistolam ad Corinthios. Ideo enim in duabus Speciebus celebratur: Valet enim ad tuitionem corporis & animæ, quod percipimus.

Thomas Aquinas in Matth. 26. Corporalis refectio fit per cibum & potum: ita spirituialis refectio sub specie cibi & potus.

Ex Decretis. De Conf. Distin. 2. Cap. Comperimus. Item quotiescumq; dum frangitur, cum omne, peracta, Hi qui, Causa. i. Quest. i. Cap. Sacerdotes. Distin. 95. Cap. Ultima.

Ex Concilijs. Basiliense Concilium sub Eugenio 4. Anno 1424. statuit Bohemis licere utramque speciem sumere.

Ex Breuiario. In Festo corporis Christi lectione 3. 8. 9. In Festo Ladislai lectione 5.

Ex Postilla Guillermi. In Festo corporis Christi. Epistola Pauli. Conuenientibus vobis, &c. Et Dominica 17. Cum intraret, &c. Vide in locis communibus de hac temeritate Pontifícia pluribus: & superius in oratione de vtraq; specie. Lege & Nauclerum fol. 265.

PROPHANATIO II.

Publicæ in
priuatam
conuersio.
Author &
tempus.

Quod ex publica seu communia cœna, priuatam decreto suo fecerunt Pontifices, id quod maximè Gregorio debemus. Etsi enim communis adhuc sub Gregorio durabat

durabat, ipse tamen certos instituit dies, quibus in templo solenni rite sine cōmunione sacrificaretur, & proposuit delictorum veniam, ad id solenne accedētibus. Priuatæ mis-
sa prorsus ignota fuit veteri Ecclesiæ. Imo ne
fuit quidem usq; ad tempora Gregorij, Missa
sine cōmunione pluriū, sed habebatur statim
diebus vna communis cœna, vbi multi quo-
quet volebant sumebant sacrosanctū symbo-
lum. Quemadmodū ne hodie quidem in Gr̄c̄is Ecclesijs Missa Gr̄c̄ corum.
sunt priuatæ missæ singulorum sacerdotum, sed vnicā missā cōmunis. Ac si di-
cas vnum totius Ecclesiæ nomine id facere.
Quo quæsto mandato: an non hoc apertè illu-
dere Deo est, cum vnum ad se rapit, quod non
nisi inter plures fieri debuerat?

*Refellitur decretum de Priua-
ta Missa.*

I. Corinth. II. dicit Paulus: Cam conueni-
tis in vnum locum, non licet Dominicam cœ-
nam edere, quod vnuſquisque propriam cœ-
nam occupat in Ecclesia. Huc refer & supra
citata Scripturæ Testimonia. Hic certè in di-
ctione, propria, occulta quædam inest anti-
thesis, nā cōmunicationi opponitur. Quemadmodum
enim ex multis granis vnuſ confi-
situr panis: ita per panem Eucharistiaꝝ multi

QVAEST. DE VERBIS

ynum corpus efficiuntur. Proinde ut haec
cœna Prophana non est, sed sacra: ita propria
non est, sed communis opponitur & ei quod
dicit: Dominicam cœnam edere, quod enim
Dominicum est, priuatum esse non potest.

Anacletus eius nominis I. Rom. Ponti,
sub Traiano: Omnes qui in Sacris aderant, ut
aut communicarent, aut templo, si nollent
communicare pellerentur, iusit. Anno 112.
Nauclerus. Vide & Calixti decretum Cap.
Peracta.

Albertus de Missæ mysterio, primum in-
quit, in vsu fuit, ut omnes in Ecclesia conue-
nientes omni die communicarent. Cum au-
tem hoc crescente multitudine, non satis ido-
neè seruari posset, constitutum est ut com-
municarent diebus Dominicis. Cum autem
& hoc ritè seruari non posset, constitutum
est, ut communicarent tribus in anno vici-
bus, paschæ, pentecostes, & Natalibus Do-
mini, festis.

Sed & Zepherinus instituit, ut omnes Chri-
stiani, qui annos pubertatis attingerent, singu-
lis annis in solenni die paschæ publicè com-
municarent. (Vide Fabianum) quod institu-
tum Innocentius 3. etiam ad confessionem
delictorum traduxit.

In Vetustis illis Canonibus quos Apostolorum vocant habetur: Qui non perseverant ad finem & sacram communionem non recipiunt, tanquam inquietudinem ecclesiæ mouentes, corrigendos. Dist. 1. Can. Omnes.

In Antiocheno etiam Concilio tempore Martini Papæ decretum est, ut qui ecclesiam intrant, Scripturam audiunt & à communione abstinent, ab ecclesia remoueantur, donec vitium hoc correxerint. Id quod in Concilio Tholetano mitigatum fuit. Lege de Conf. Dist. 2. Can. Si quis, In Cœna, Hi qui, Lege ex Concilio Agathen. Ca. Seculares, Et si nō, &c.

Meliori illo seculo ab Apóstolis ad mille NOTA:
usque annos postea, omnes sine exceptione
fiebant utriusq; symboli participes. Non certe Vetus illa ecclesia ignorabat, quos Christus conuiuas ad cœnam suam admisisset.
Extant Ecclesiasticæ historiæ: extant Veterum libri, qui apertâ huius rei testimonia suggerunt. In Græcis Ecclesijs ne hodie quidem fiunt priuatæ Missæ, sed una publica, idque tantum Dominicis & festis diebus.

Sed & in Canone dicitur. Quotquot ex hac altaris participatione sacrolatum tui filij corpus & sanguinem sumperimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. Item fiat communio & consecratio corporis

QVAEST. DE VERBIS

& sanguinis Domini nostri Iesu Christi actis
plentibus nobis in vitam æternam. Item in
missali præcationale, post communionem dici-
tur: repleti cibo potuq; cœlesti. Item Domi-
nus vobiscum. Item Missa est, Oramus, roga-
mus, quæsumus, precamur, offerimus, com-
municantes, Memento circumstantium. Hoc
nomine plurium præsentium dictæ voces ar-
guunt, Missam olim publicam fuisse, actionem
totius cœtus, & non unius sacrificuli in angu-
lo missantis. Item promiscuam ecclesiæ com-
munionem sub utraque specie fuisse. Item ia-
vetustis Agendis manuscriptis, clarè scriptū
est: Detur ægrotis sanguis & corpus Christi.
S. Franciscus voluit huic errori prospicere, &
constituit ut singula collegia, quotidie una
communi Missa contenta essent. Hoc postea
mutatum est, siue per superstitionem, siue
quæstus causa.

Epiphanius: scribit in Asia Synaxim (qua
& ipsa vox communionem designat, sicut &
 $\delta\gamma\alpha\pi\eta$, id est, charitas & $\lambda\epsilon\tau\alpha\pi\gamma\alpha$, id est, of-
ficium) ter celebratam esse singulis septima-
niis, nec quotidianas fuisse Missas. Et quidem
aut, hunc morem ab Apostolis traditum esse.
Dies quibus celebrabatur, $\tau\epsilon\zeta\alpha\delta\eta\kappa\eta\omega\sigma\alpha$
 $\sigma\alpha\beta\beta\alpha\tau\omega\kappa\eta\kappa\eta\omega\sigma\alpha$, id est, feria quarta 6.
& Dors.

& Dominica, ut ipse nominat λειται vocantur publica bona, inde λειταιριῶ euro, trāto publica bona, non significat sacrificio. Reuera enim Missa est imago sacrificij vnius, nō sacrificium. Nomen Missæ extat Deut 16. &c significat collationes seu munera populi, nō oblationem sacerdotis. Debebant enim singuli, venientes ad celebrationem paschæ, aliquod munus quasi symbolum afferre. Hunc morem initio retinuerunt & Christiani, qui cōuenientes afferebant panes, vinum & alia, vt testantur Canones Apostolorum. Inde sumebatur pars quæ consecraretur pauperibus. Cum hoc more retinuerunt & nomen collationum, videlicet Missæ. Nusquam Veteres scriptores ante Gregoriū mentionem faciunt, priuatarum Missarum.

Nec defunt nobis rationes certæ & præ- Cetero Domini
claræ, ob quas, non aliam quam panis & vini nus panem & vinum
creaturam, ad hanc rem repræsentandam de- adhibuerit.

legerit Dominus.

1. Pane enim pascimur. Vino lætifican-
tur corda. Sic carne Christi spiritualiter man-
ducata pascimur, &c.

2. Constat præterea sanguine Christi abo-
lita esse omnia Veterū sacrificia. Addita igitur
sunt signa nō vtiq; sanguinolēta, sed amica, vt
cōsumptionis essent sacramēta, & testimonia,

QVAEST. DE VERBIS

quod omnis sanguis pro peccato cessaret &
in Christo omnis sit plenitudo.

3. Instituta deniq; signa hæc sunt, ad per-
cellendos etiam sensus exteriores, sensu co-
lestium donorum. Cernit enim visus in Sym-
bolis Dominum fidei representatione, cernit
fractionem & mortem eius, cernit effusum
sanguinem in vino. Auditus lætatur promis-
sionibus & verbis cœnæ tam amicis.

Neq; verò & gustus & tactus in hoc sacra-
gaudij prorsus expertes sunt. Inde August.
in Ioan. Hom. 8. lib. 19. contra Faustum, Sacra-
mentum, verbū visibile nuncupat, quod Dei
promissiones, velut in tabula depictas repræ-
sentat. Sacraenta possent vocari fiduci no-
stræ columnæ. Quo enim modo ædificium,
suo quidem fundamento stat & incumbit,
subiectis tamen columnis cæteris stabilitur.
Ita fides in verbo Dei, nō secus ac fundamen-
to resideret, sed cum accedūt Sacraenta, ipsiſ
adhuc ceu columnis solidius innititur. Pol-
lunt & specula dici, quibus gratiæ Dei diui-
tias, quas nobis elargitur, contemplari liceat.

Chrysostomus Pactiones nuncupat. His
enim in vita sanctorum & puritatem ob-
stringimur. Vocatur Testamentū iuxta pro-
prietatem. Recordatio passionis Christi iux-
ta usum. Synaxis iuxta fructum. Item

Excell.

Χαριτία & ἀγάπη, id est, Charitas.

4. Symbola panis & vini instituta ad congregandam vniendamque ecclesiam. Ad hanc rem significandam nihil potuit inueniri pane & vino quadrantius. Solebant enim Veteres maxima quæque foedera panis & vi- ni conseruare symbolo. Et passim coniunctio nis signum est vino & pane una vesci homi- nes. Atque ut panis ex multis granis fit: Sic Ecclesia corpus ex infinitis membris in v- num corpus, una in Christum fiducia coag- mentatur & erigitur.

5. Instituta ad Catholicam & vniuersa- lem passionis Christi memoriam & fructum. Quemadmodum enim panis & vinum com- munis omnium cibus & potus est. Ita meri- tum passionis Christi omnibus offertur, ut ab omnibus memoria sancta celebretur. Inde non solum fractio panis, sed & communio, id est, societas & Synaxis, &c. dicitur. Non rectè igitur vocatur Missa sacrificium λει- τεργία, Viaticum, Misericordia, sacra- tum altaris, more Papistis visitato, de quo lege Martinum in Postilla de Zachæo.

QVÆST. DE VERBIS
PROPHANATIO III.

Communio in opus
meritorium.

Quod ex cœna sacrificium fecerunt, seu opus meritorium, quæ tamen nihil aliud est, quam Testamentum & Sacramentum, id est, Promissio de remissione peccatorum cum signo sacro panis & vini. Vide Rhegium de Missa.

Sacrificium
duplex.

Sacrificium porro in duo genera distibuitur: Alterum vocari potest λαζαρικὸν & σεβάσμιον, quoniam veneratione cultuq; Dei constat, quem fideles & debent & reddunt. Vel si maiis λαζαρικὸν, quo publicitus maximè Deo gratias agimus.

Alterum ἵλαστήριον, id est, propitiatorium sive expiationis. Est autem hoc sacrificium, cui propositum est iram Dei placare, ipsius iudicio satisfacere, eoq; peccata abluere, quo peccator eorum sordibus repurgatus & in iustitiae puritatem restitutus in gratiam cum Deo ipso redeat. Sic vocabantur in lege vicimæ, quæ pro peccatis expiandis offerebantur, non quod delendæ iniquitatæ pares forent, sed quod verum sacrificium adumbrarent, quod tandem ab uno Christo reiparactum fuit.

Gregorius 1. huius author fuisse perhibetur, circa annum 600. Hic enim certos insituit

tuit dies, quibus in templo solenni ritu sacrificaretur, & proposuit delictorum veniam ad id solenne accedentibus. Missam sacrificium vocant & concilia quedam, ut Antiochenum; Carthaginense 7. Synodus 6. Constanti; item Arelatensis, &c.

Alexander quoq; primus docuit sacrificio hoc deleri, id quod ab Ethniciis sumptum est: Nam & Plato lib. 2. de Repub. vbi de veteribus piaculis differit, stultam improborum ac scelerorum hominum confidentiam ridet, qui putarent his quasi umbris obtegi sua flagitia, ne à Diis cernerentur, & tanquam facta cum Diis pactione sectarius sibi indulgerent.

Plinius, Vulgata, priscis temporibus, opinio obtinuit febraa esse omnia sacrificia, quibus malefactorum conscientiae purgarentur, dererenturq; peccata, aut Manes animabus defunctorum placidi redderentur.

Horatius, Teq; piacula nulla resoluent, id est nullis hostijs te expiabis.

Vergilius. Et prima piacula sunt, id est, sacrificia pro satisfactione peccati.

Refellitur decretum ex Scriptura.

Christus non iussit corpus & sanguinem suū ^{Refutatio.}
offerri in cena, sed inquit, Hoc facite in mei ^{Bx mandato}
memoriam, non ait in mei sacrificium. ^{to Christi.}

QVAEST. DE VERBIS

3. Et Paulus Heb.10. Vnica oblatione perfectos effecit eos in perpetuum, qui sanctificantur. Idem. Vbi est peccatorum remissio, non est amplius oblatio pro peccato. Item. Hic una oblata pro peccatis victimam in perpetuum sedet ad dextram Dei. Item. Si volentes peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, non pro peccatis reliqua est hostia.
3. Ioannis 1. Sanguis Iesu Christi, emundat nos ab omni peccato. Item. Ecce agnus Dei qui tollit, &c.
4. Et Hebr.9. Absq; sanguinis effusione non sit remissio. Sed & Christus de cena, accipite, dixit, non date quemadmodum ipsi Christum dant, patri scilicet in hostiam.
5. Lucas certe Actorum 2. & 20. maluit hoc sacrum, fractionem panis nominare quam sacrificium corporis Christi. Noluit enim erroris ansam præbere spiritus Sanctus. Commemoratio enim est sacrificij semel peracti, non ipsum sacrificium. Commemoratio corporis veri, non ipsum corpus, nisi quantum attinet ad vunionem sacramentalem & mystrium siue significationem. Sic enim recte nominamus panem corpus Domini.
6. Philippus in Apologia, Effectus, inquit, cœnæ sacrificiū est, ipsa ceremonia non est sacrificiū.

COENAE DOMINI. 163

erificiū, cōmunicans enim debet Deo gratias agere, pro beneficio & passione Christi, & vti ipsa ceremonia ad laudem Dei, vt hac obedientia gratitudinem ostendat & testetur se magnificere dona Dei, ita sit ceremonia sacrificium laudis.

Ex Doctoribus.

Augustinus in libro Sententiarum ad Pro sperum. Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur. Quid aliud quā Dominici corporis in cruce immolatio eiusq; sanguis de latere effusio, significatur.

Cyprianus, de ratione Circumcisionis in fine inquit: Tantæ dignitatis illa vnicar redemptoris nostri fuit oblatio, vt una ad tollenda mundi peccata sufficerit. Ibidem, Vbi venit Christus Dominus, cessarunt sacrificia.

Augustinus lib. 10. de Ciuitate Dei, Cap. 22. Qui hominē assumpsit egitq; sine peccato, vt ipso sacerdote & sacrificio fieret remissio peccatorum.

Ex Decreto. De Cons. Dist. 2. cap. Sacrificium interdum frangitur, quia morte, &c.

Quod verò à quibusdam Doctoribus Cœna Domini sacrificium appellatur, à communi populi more sumptum est. Ac quomodo sacrificium vocent, explicant ipsi, scilicet impropriè. Hinc Augustinus lib. 10. De Ciuitate

*Cur Cœna
Domini sa-
crificium ap-
pellatur.*

QV AEST. DE VERBIS

Dei Cap.5. Quod ab hominibus appellatur sa-
crificium, signum est veri sacrificij Christi.

Lombardus in Sententijs Dist.12. Quarti,
Illud inquit, quod consecratur a sacerdote,
vocatur sacrificium & oblatione, quia est me-
moria & representatio veri sacrificij & sancte
immolationis factae in ara crucis. Vocatur sa-
crificium & propter communicantes, qui su-
munt Christi corpus & seipso Deo offerant
per Christum hostiam viuentem. Rom.12. Sic
enim, &c.

Augustinus lib. 22. Cap. 10. de Ciuitate.
Ipsum Sacrificium corpus Christi est, quod
non offertur ipsis martyribus, quia hoc sunt
& ipsi. Vocant sacrificium & propter preces
& gratiarum actiones, ut Tertullianus ad Sca-
pulam. Sacrificamus pro salute Imperatoris,
sed quomodo præcepit Deus, prece pura.
Huc facit & Philippi dictum, de quo supra.

PROPHANATIO III.

In honore
martyrum
exducit.

Quod martyrum nomine missam cele-
brari volunt. Id quod Fœlix instituit
circa Annum 276. desumptum ab Ethnico
ritu. Macrobius enim & Cato tradidit Lauren-
tiam annuo parentationis honore dignatam.
Cicero

Cicero ad Atticum: cuius Laurentię, vos Pontifices ad aram sacrificium facere soletis. Idem in oratione pro Flacco: Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. Et Virgilius lib. 5. Atque hæc mea sacra quotannis, vrbe velit posita templis sibi ferre dicatis.

Refellitur Decretum. Christus enim non martyribus, qui ex hac vita discesserunt, sed viuentibus cœnam instituit, quemadmodum alibi de vtraque specie dictum est. Lege & Vcsthemerum fol. 290. Item de Sanctorum honore. Vide & super 1. Corinth. 15. pro mortuis baptizari doctores præcipuos.

PROPHANATIO V.

Quod missa pro defunctis celebratur, cuius instituti Gregorius 3. author fuisse perhibetur, circa annum 725. Hic enim scripsit ad Bonifacium Legatione apud Germanos fungentem, Christianos pro suis mortuis verè Christianis posse offerre, sacerdotesque mortuorum debere facere memoriam, præcipit.

In gratiam
defunctorū
usurpat.

Mortuorum commemorationem Pela-gius instituit. Concilium Cabinense ut est de

QV AEST. DE VERBIS

Cons. Dist. 1. Ca. Visum. Statuit in Missarum solennibus pro defunctis orandum esse. Id etiam ex Ethnico ritu desumptum est, apud illos enim erat sacrificium pro mortuis, quod Nouendiale dicebatur, nono enim die, quo quis sepultus fuisset celebrabatur.

Horatius in Epodo : Nouendiales dissipate pulueres. Hinc igitur apud Sacrificulos hodie solennia defunctorum, septimo die a funere demptis ex Veteri instituto illis duabus diebus peraguntur. De quo lege Caus. 1.
Quæst. 2. Cap. Quia alij. Item de Cons. Dist. 5. Caus. Nullus presbyterorum. Et Dist. 4. Caus. Nullus, &c. Erant & Februa apud Ethnicos, quæ per 12. dies Februarij celebrabantur, hisque diebus, pro impetranda mortuum animabus quiete, piaculis sacrificijsque omnis populus circa sepulchra accensis facibus, cereisq; intentus orat. Virgilius 5. Ænei. Diuiniique ossa parentis Condidimus terris, mœstasq; sacrauimus aras.

Salustius in Iugurtha. More regio iusta magnificè fecerint.

Cicero 2. De Legibus. Non solum vita cruciati atque dedecore, verum & sepultura & iustis exequiarū caruerūt. Ouid. in Fastis.

Hanc, quia iusta ferant, dixerunt feralia, Lucem Ultima placantis manibus ista dies.

Refellitur

Refellitur Decretum vel vno Concilij Carthaginens. instituto cap. 18. Instituit enim defunctis Sacramentum distribui non debe-
re. Quia Christus iubeat edere id quod de-
functis non conuenit. Quare iniuste damnata
sunt Arriani, qui offerre sacrificium pro mor-
tuis spernebant, de quibus lege Caus. 24. & 3.
Cau. Quidam. Sicut autem quidam supersti-
tiosi, baptizabantur pro mortuis, & baptismū
pro mortuis valere putabant, vt 1. Corinth.
15. Ita Pontificij in cœna Domini pro mortu-
is sacrificarunt.

Martinus quoq; Pontifex vt est de Cons.
dist. 1. Can. Non oportet: vetat sacrificari
mortuis.

Cyprianus ad Cornelium in Epist. 2. De
cœna Domini non morientibus sed viuenti-
bus communicatio à nobis danda est. Lege
Vesthemerum fol. 316. & alibi de purgatorio
ac quod Missa non sit sacrificium,

PROPHANATIO VI.

Quod in Missa sacris vestibus sacerdo-
tem ornarunt, necessitatis opinione
& cultus. Authores huius instituti sunt Cle-
mens primus, circa annū 99. Stephanus pri-
mus 260. Vigilius, Syluester 1. Zacharias 1.

Vestimenta
crarum af-
sumptio.
Authores.

Q V A E S T . D E V E R B I S

Martinus. Requirunt autem in veste signa quædam, ut imaginem Christi, &c. Sixtus Papa instituit, ut non nisi à sacratis hominibus sacrata vestimenta tangantur, ut est de Cons. Distin. 11 Cau. In sancta apostolica, Item vestimenta: & distin. 23, cap. Sacratas.

Clemens statuit mortuum Laicum non oboluendum esse vestimentis altaris Dist. 1. Cap. Nemo. Idem statuit vestimenta sacra & vasā vetustate consumpta incendi & cineres in loca occulta proijci, ut est de Cons. Dist. 1: Can. altaris.

Origo. Id quoq; ex ethnico ritu mutuatū est, quo rum sacerdotes sacratis vtebantur vestibus, dū sacrificarent. Alij ab Hebreis sumptū esse putant, apud quos iuxta legem Mosi vestimenta sacerdotibus, alijsq; iniciatis dabantur qui ea induerent, cum sacris essent operam daturi.

Refutatio. Refellitur decretum. Nam Leuitici 19: præcipit Dominus, ne gentium vestibus videntur.

Et Sophoniæ 1. Visitabo omnes eos qui vesciti sunt veste peregrina, in communis & hominum consuetudine, ne dum in sacris. Fit enim ut dum externos ritus gentium imitantur Christiani, etiam impietatem & idola latrīam secentur.

In exordio surgentis religionis, sacerdotes rem diuinam facturi, nihil superindui con-
suerunt, cū potius sese intrinsecus animi vir-
tutibus vestiri, ac vitijs corporis exuere stu-
derent, quām nouos sumere apparatus, qui
apud iplos Hebræos magnæ habebantur ve-
nerationis. Hortulus animæ hoc idem pro-
bat, in officio missæ, Apostoli, inquit & eorū
successores, in quotidianis vestibus & ligneis
calicibus missam celebrauerunt. Quæ in usu
est supellex, à Iudaico Sacerdotio petitam
esse author est Rabanus lib. i. institutionum
Cap. 14. & sequentibus. Vide & Polidorum
lib. 6. Cap. 12.

PROPHANATIO VII.

Quod non nisi super altare imaginibus, cereis & alijs rebus ornato, missam celebrari volunt. Authores huius instituti sunt Sixtus 2. circa annū 260. Vigilius, Grgorius 7. Fælix 1. Hormisda. Faciunt autem duplex. Altare stabile scilicet & portabile seu viaticum.

Imaginibus
& cereorū
ufus.
Authores,

Decreta de altari stabili. Concilium Hip-
poneum statuit Chrismate non vngenda alta-
ria, nisi fuerint lapidea, quod Christus petra
dicatur, vt est de Conf. Dist. 5. Can. altaria.

QV AEST. DE VERBIS

Concilium Agatheum statuit, vunctione
& sacerdotali benedictione consecrari alta-
ria. Ibidem. Desumptum id videtur ex Exo-
do 29. & Leuit. 8.

Concilium Aphricanum iubet euertri alta-
ria, quæ sine sanctorum reliquijs eriguntur,
Ibidem: cap. Placuit.

Origa. Decretum de Altari, partim ex ceremo-
nijs Leuiticis partim ex Ethnico ritu desum-
ptum est. Fuerunt enim duo ordinaria & le-
gitima altaria in Republica Israelitica diuini-
tus instituta. Alterum æreum ad holocausta
& id genus alia sacrificia deputatum & in-
trio collocatum. Alterum aureum Thymia-
mati seu incenso deputatum & in sancto col-
locatum. Quod vero tot altaria in templo
collocata & construeta sunt, id certe ex Eth-
nicis desumptum est. Virgilius enim de Ve-
nere ait:

*Vbi templum illi, centumq; Sabao
Thure calent aræ.*

Herodotus lib. 2. & Strabo lib. I. scribunt
Ægyptios primum Dijs & aras & simulachra
& delubra statuisse, sacrificiaq; curasse.

Homerus Iliad. I. at illi,

Munera soluebant centum taurij; Phœbos,

Circum magnificas instrutes cultibus aras.

Eadem habes Iliad. 2. & Odyss. 3. lege & Vir-
gilium

gillum in 2. lib. Aeneid.

Ac quod altaria versus Orientem vertunt
id etiam ex Ethnicis sumpserunt. Nam multi
Ethnicorum colebant Solem pro Deo, vn-
de & in publicis Sacris suis seruabant hunc
morem, ut verterent se versus Solem, Mane
ao Orientem, Meridie ad Meridiem, Vespere
ad Occidentem. Administrabant etiam alia
negotia sua iudicio solis. Nam, vt scribit Hero
tus, Persarum Principes pacti inter se sunt, ut
die statuto omnes equos ante regiam primo
mane perducerent. Et cuius equus ante So-
lis ortum hinnitum primus edidisset, is rex
esset. Credebant enim Persae Solem Deum &
equos Soli sacros esse.

Iustinus lib. 18. scribit, quod cum in Ty-
ro serui conspirassent in dominos suos, eosq;
trucidassent, deliberantes de statu Reipubli-
cae decernunt eum potissimum quasi Diis ac
ceptissimum Regem fore, qui Solem Orien-
tem primus vidisset. Propterea instituit in le-
ge Dominus, ut sanctum Sanctorum, in quo
positum erat propitiatorium, verteretur no-
ad Orientem, sed Occidentem. In eundem
vsum etiam instituit, ut holocausta mactaren-
tur, non ad meridiem, sed ad Septentrionem.

Apuleius in 2. Tunc in Orientem obuer-
sus, vel incrementa solis Augusti tacitus im-
precatus.

Dent. 14.

QVAEST. DE VERBIS

De altari portatili. Altare portatile, dicitur fieri quatuor modis. Aliquando ex tabula & lapide, ita quod lapis sit sigillum, & se[u] ch[risti] sit in ligno. Aliquando verò fit ex lapide solum, ita quod in ipso lapide sit sepulchrum. Aliquando cum ligno & lapide, ita quod in lapide sit sepulchrum & sigillum & ponatur lignum pro augenda eius latitudine. Aliquando fit in lapide solo, sine reliquijs & sepulchro.

Refutatio.

Refellitur decretum de altari. Esaiæ 17. In tempore illō respiciet homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israelis contuebuntur, & nō respiciet ad altaria, opus manuum eius, & ea quæ fecerunt digiti eius non intuebitur, &c. Et Lucas 22. & Paulus 1. ad Corinthios 10. nō altare, sed mensam nominat. Et Distin. 1. de Conf. Can. Nemo, Clemens mensæ Domini bis meminit.

Et Concilium Aphricanum Cap. 1. iubet cuerti altaria, quæ hominum commento eriguntur, ut sunt omnia Pontificiorum altaria. Lege de Conf. dist. 1. Cap. Placuit.

Templa quidem erecta sunt propter fines, conuentus necessarios, vnde ea nequam damnantur, sed altaria tanquam Idomania instrumenta, merito à bonis quibus repudiantur.

repudiantur, cessantibus enim sacrificijs, quo
rum erat altarium usus & ipsa cesserent necesse
est apud Christianos.

Vadianus in Epitome sua sic scribit. Ad-
mirari me fateor quorundam inaduertenti-
am, qui parum expensis temporibus, primis
illis ecclesiæ Romanæ Episcopis, templorum
extructio[n]es, possessiones agrorum & nescio
quæ munera, per verbum velut s[ecundu]m, distri-
buta Christianis offerunt. Quasi verò crede-
re opus habeamus hoc eis permisum, tanta
indignitate tractatis, & communi totius ciuitatis
Ethnicorum odio contemptis, ut ne pro
dire quidem plerunque auderent, & be-
nigne secum agi tum crederent, cum inter-
missis persequutionibus tolerarentur.

Tertullianus quoq[ue] palam innuit, ne suo
quidem tempore, alia templo Christianis fuis-
se, quam simplices domos, in quibus statis die-
bus, fideles congregabantur, conuiua etiam
& coenam illam sacram, pro veteri more ce-
lebrantes.

Eusebius quoque Ecclesiastice historiæ
lib. 5. Cap. 24. tradit Eucharistiam in ædibus
priuatim celebratam esse.

Et Hieronymus in Apologia aduersus
Iouinianum.

Q V A E S T . D E V E R B I S

Et Paulus non in templo, sed in cœnaculo
Acto.20. Ergo neq; super altare.

Huc facit, quod in edito Maximiani &
Constantini Cæsaris pro Christianis edito,
scriptum legimus. Erga hos clementiam no-
strâ credimus porrigidâ, ut rursù sint Chri-
stiani, & conuenticula in quibus orare confue-
uerunt extruant & reædificant, ita tamen, ut
nihil contra disciplinam publicâ gerant. En-
conuenticula vocant, non templo, non pala-
tia, Christianorum oratoria, Cæsares. Leg.
Vesthemerum fol. 513.

Valerius Maximus in Epistola sua pro
Christianis sed & orationum domos & Do-
minica sua vt instaurent pro voluntate sua
permittimus. Hic Imperator Oratoria appellat & Dominica, quæ alij conuenticula nun-
cupant. Dominica quod in his seruirent Do-
mino. Græcis Basilica eadem ratione dicta,
quod hic regi Christo seruiretu. & concio re-
gis Christi in ipsis cogeretur. Lege de his E-
dictis Eusebium lib.8.cap.19. & 9.cap.9.

Hinc igitur constat, qualia fuerint ante
Constantini imperium Christianorum Ora-
toria, non excelsa quidem, sed casæ humiles,
adeoq; cryptæ quædam, cuius quidem rei
monumentum extare volentes, qui à Con-
stantino Basilicas amplas pro Oratorijs ex-
truxer-

truxerunt, subterraneum quoddam specus,
in prima templorum parte collocarūt, quod
ipsum cryptum appellarunt. Cryptis ergo, id
est, subterraneis illis in prima parte templi, ca-
vernīs, Ecclesiam admonere voluerunt, con-
ditionis primæ ecclesiæ, quæ sub Romanis
Principibus nūspiam prorepere, sed latere
perpetuo, suaq; mynisteria sacra, in abscondi-
to exercere cogebatur. Postea Constantinus
iussit ædificari templa, post multos demum
annos à Constantini tempore, cœperunt &
Martyria, id est, facella in honorem Martyrū
extrui Theodosij Magni tempore, ut est in ec-
clesiastica historia lib. II. Cap. 7. & 28. Hinc
colligere licet templa, non idololatrarum, sed
Christianorum fuisse primum.

Martinus Tomo 2. Vbi iam licentia fiebat
addendi, mutandi, cœperunt altaria illa, & in-
signia Baal, & omnium Deorum, poni in tem-
plum Domini per impios Episcopos, &c.

Qui approbat altaria, approbet & alias
superstitiones circa altare, vt vunctionem, vt
sacerdotalem benedictionem, vt sanctorum
reliquias, sigillum & sepulchrum, situm ver-
sus orientem, &c. Nos equidem cum uestes,
altaria, &c. damnamus, non simpliciter om-
nia reiçimus, sed ea tantum quæ naturam
cœnæ impediunt. Dicit enim Christus: Ho-

Q V A E S T . D E V E R B I S

facite. Quicquid ergo subuertit illud, hoc totum reijcimus & damnamus. Nec benè aduersarij ex nomine altaris suam missam sacrificium esse colligunt, dicentes, sit mentio altaris in Nouo Testamento. Ergo necessariò requiritur sacrificium. Est enim argumentum à natura relationis, secundum esse. Ne igitur missa sacrificium vocetur, altare tollendum, mensa adornanda est.

PROPHANATIO VIII.

Panis in
clusio.
Author.

V T panis seponatur seu includatur statuit Guarmatiens. Concilium, circa annum 1220, ut est Consecra. Dist. 2. Cap. Presbyter. Et apud Gregorium lib. 3. Tit. 41. Cap. Sanè cum.

Refellit. Refellitur Decretum. Nam Christus non iussit seponi, sed distribui. Et in silentio nedū abusus est, sed & vitium.

Testimo
nio Christi.

Refellit. Refellitur & figuris quibusdam. Nam de agno Paschali dicitur, ne referuetis ex eo quicquam Exo. 12. Et de manna inquit Moses. Ne mo quicquam residuum faciat ex eo, usq; mane Exod. 16. cap.

Et Dist. de Conf. 2. ca. Tribus gradibus inquit Clemens Papa. Tanta in altari certè holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant:

Figuris.

C O E N A E D O M I N I . 170
debeant: Quod si remanserit in crastinum
ne reserueretur.

P R O P H A N A T I O I X .

V T panis & vinum eleuentur. Author Panis & uini elevatio
Honoriūs 3. circa an. 1220. vt est in De-
cret. Greg. li. 3. Tit. 41. Can. Sanè cùm.
Author.
Origo.

Hic ritus eleuationis impia quadam imita-
tione ex Leuit. cap. 7. desumptus est. Armus
enim animalis debuit in sacrificio leuari à sa-
cerdote, pectusculum vero debuit moueri,
seu ventilari coram Domino. At quis nesciat Refutatio:
ritus Leuiticos per reuelationem Euangelij
Christi abrogatos esse? Cum enim Christus
& sacrificium suum peregit, necesse fuit,
vmbras cedere veritati. Quare ritus eleua-
tio nis in cœna Dominica est inutilis cultus Dei:

P R O P H A N A T I O X .

Q Uod verba consolantissima, quæ manife-
stissima esse debeant, à Laicis absconde-
runt. Id quod post Gregorium maxime fa-
ctum est. Act. 20. Cum cōuenissent ad frangen-
dum panem, Paulus differebat eis. Differen-
dum ergo est & prædicandum Euāgeliū de
Christo Iesu. Nam & ipe Christus id mandat,
dicens: Hoc facite in mei cōmemorationem,

Verba mea
ratio.
Author.
Refutatio:

QVÆST. DE VERBIS

hoc est, interprete Paulo: Quotiescunq; ederis panem hunc & de poculo biberitis, mortem Domini annucietis donec veniat. Ergo ibi non est rectus usus cœnæ Dominicæ ubi in angulo quodam Missa à priuato sacrificulo demurmuratur, ut qui astant nihil nisi gesticulationes, eleuationes & expansiones magnum videant, non autem audiant ullam Evangelij de Iesu Christo vocem: vt nihil interim dicam, de falsa opinione qua Missa tanquam opus satisfactorium pro peccatis celebratur. Cyprianus libro secundo Epistola 3. ad Cecilium Christi verba & facta corrumperet furtum agere. Vide in locis communibus Rhegij.

PROPHANATIO XI.

Adoratio
sacramenti
Author.

Origo.

Quod Sacramentum adorari voluerunt. Id quod Honorius tertius instituit, circa annum 1220. vt est in Decretalibus Gregorij libr. 3. Titul. 41. Can. Sane cum. Et natum videtur ex Decreto Innocentij tertij de Transubstantiatione, vt vocant, quod definitum à Thuronico, Vuercellensi & Romano Concilio, horribilem idolomaniam confirmauit. Adorationem peruersa temeritate, quidam in Sacramento erexerunt, quod secundum

cū ita subducerent, Si corpus est & anima, igitur & diuinitas sunt vnā in corpore, quæ iam diuelli non possunt. Igitur illuc adorandus Christus. Ac primum concomitantibus illis, negandum est & verbum Dei opponendum quod accipi non adorari iubet Sacramentū. Deinde exemplum Apostolorum, quos non legimus prostratos adorasse, sed vt erant discumbentes accepisse & manducasse. Habetur & apostolica ecclesiæ usum, vbi fideles non in adoratione, sed in fractione panis communicasse à Luca narrantur.

Refutatio.

Huic malo proculdubio voluit obuiare Nicena Synodus, cum retinuit nos humiliter intentos esse ad proposita symbola. Nec alia causa institutum fuit olim, vt ante consecrationem populus alta voce admoneretur, habere sursum corda. Idolatria ergo est, sacramentum adorare, ac dona pro datore colere. Vbi dupliciter peccatum est, nam & honor Deo raptus ad creaturam traductus est, & ipse etiam in polluto ac prophanato suo beneficio inhonoratus, dum ex Sancto eius Sacramento factum est Idolum.

Q V A E S T . D E V E R B I S
P R O P H A N A T I O X I I .

Sacramen-
ti circum-
gestatio.

Authores.

Quod sacramentū circumfertur, sicut ar-
ca fœderis. Authores sunt Vrbanus 4. cir-
ca 1260. Martinus 5. Vrbanus enim instituit
solemnitatem de corpore Christi, & indulgen-
tias certas pro festo dedit. Quas indulgenti-
as Martinus 5. duplicauit, addiditq; indul-
gentias ieiunantibus, vigiliam festi huius, &
communicantibus in festo , cuilibet centum
dies indulgentiarum, & totidem concessit se-
quentibus sacramentum ipso die, & quando
ad infirmos defertur. Sustulit etiam eo die in-
terdictionē Eugenius 4. Indulgentias à Mar-
tino 5. concessas duplicando.

Refutatio. Facile hoc decretum refutari potest ex i-
psa allegoria arcē fœderis. Arca enim non cō-
nam, sed ecclesiam Christi significat.

P R O P H A N A T I O X I I I .

Precationū
adiecio.
Author.

Quod sequentias & orationes malè consu-
tas, in quibus nulla iusta precationū ra-
tio adest, adiecerūt. Sequentias primus Noth-
gerus fecit Abbas Sancti Galli, qui omnes fe-
rè antiquas sequentias fecisse dicitur , circa
600. Orationes vero illas Gregorio quidam
ascribunt & Gelasio.

PRO-

COENAE DOMINI. 172
PROPHANATIO XIII.

Quod lingua non intellecta cantatur. Au-
thor Agatho Siculus circa annum 678.
vel 703. Huius enim tempore congregata Sy-
nodus est à Constantino contra Monotheli-
tas, qui in Christo vnam tantum voluntatem
& operationem esse assertebant. Pontifex Ro-
manus legatos Constantinopolim misit, Ioan-
nem Portnensem Episcopum, & Ioannem
Diaconum, dissidiumque, quod inter Eccle-
sias Orientis & Occidentis fuit, Imperatoris
opera sublatum est. Cæterum Ioannes Por-
tuensis in ea Synodo priuatam Missam Lat-
inam celebrauit, & illa Missa, ordo, ac usus à to-
ta Synodo tunc approbatus est. Lege Plat-
inam in vitis Pontificum. Atq; is ritus sacri-
fandi, quæ Romana (vt ait Sabellicus) sanxis-
set ecclesia, approbatus est à Græcis.

Noluerunt certè Pontificij sacrificuli, ut
mendacij arguerentur. Nam si lingua nativa
coram Laicis aperte dixissent, Accipite, come-
dite, nulli autem dedissent, quis non eos sta-
tim mendas dixisset, cum promissa non ap-
pareant?

Desumptum est ab Ethnico ritu. Sic enim
Sap. 14. de illorum sacrificio dicitur: Obscura
sacrificia facientes. Origo.

Q V A E S T. D E V E R B I S

Et Virgilius de Sybillæ vaticinio ait:
*Talibus ex adyto dictis Cumæa Sybilla
Horrendas canit ambages, antroq[ue] remugit,
Obscuris vera immiscens.*

R e f u t a t i o :
E x s c r i p
t u r a.

Refellitur Decretum Ieremij 50. Praedicate, nolite celare. Et Apostolus: Hoc est verbum fidei, quod prædicamus non celamus. Actorum 20. Cap. Disserebat eis. Item mox Domini annunciabitis, id quod per exhortationem sit. Roman. 15. Cap. Quæcunque scripta sunt, in nostram doctrinam scripta sunt. At nulla institutio est ex non intellecta lingua. Et Ephes. 5. Cap. Impleamini spiritu, loquentes nobis meti ipsi per Psalmos & Hymnos, & cantiones spirituales, &c. Ad Colossens. 3. Cap. Docete & admonetevos in uice in cantionibus & laudibus & cantilenis spiritualibus. Et prima Epist. ad Corinth. 14. Cap. Quoties conuenitis unusquisque vestrum canticum habet, reuelationem habet, linguam habet, doctrinam habet, interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. Ibidem. In Ecclesia malo quinque verba mente mea loqui ut & alios instituam, quam decem millia verborum lingua non intellecta. Et Christus: *Quod vobis dico, omnibus dico: Marci decimo tertio Capite.*

Ex Docto

Ex Doctoribus. Ambrosius i. Corinth. 14.
 Imperitus audiens, quod non intelligit, non
 respondet Amen, ut confirmetur benedictio.
 Idem utilius dicit Paulus paucis verbis aper-
 to sermone loqui, quem omnes intelligent,
 quam prolixam orationem habere in obscu-
 ro sermone.

Augustinus in 10. Cap. Joannis. Nihil aliud
 sunt verba quam signa, significando enim ver-
 ba sunt, Tolle significationem verbo, strepi-
 tus inanis est.

Cyprianus Sermone 6. de Oratione Do-
 minica. Sacerdos ante orationem, prefatione
 praemissa, parat fratrum mentes, dicendo sur-
 sum corda, ut dum respondeat plebs, Habemus
 ad Dominum, Admoneatur, nihil se aliud
 quam Dominum cogitare debere. Lege de
 Cons. dist. i. Can. Quando, Et Bedam ad Phi-
 lip. 3. Et August. Psal. 73.

Refellitur ex Decreto. Marci Pontificis,
 qui instituit ut Symbolum a populo & clero
 caneretur: Et Sixti i. Qui ut sanctus a toto
 populo, cantaretur, præcepit: Et Dominica
 oratio apud Græcos ab omni populo dici-
 tur, sicut & κύριε ἐλέησον. Testis est Grego-
 ri lib. 7. Cap. 63. in registro: Et sacerdos to-
 ties dicit, Oremus, Dominus vobiscum, sur-
 sum corda, gratias agamus, ite missa est, &c.

QVAEST. DE VERBIS
PROPHANATIO XV.

Aqua ad-
mixtio. **Q**vod aquam vino admiscent. Author Ale-
xander 1.(120.) desumptum à ritu veteri,
quem Staphilus Sitheni filius, vt tradit Pli-
nius in 7. instituit. Cuius rei Diodorus in
quinto rationem reddit, dicens, Puri vini po-
tus ad insaniam redigit, aqua vero iuxta vo-
luptatem lætitiamq; affert, & prohibet insa-
Vide 2. Ma-
chab. ult. **niam.** Vnde cum in conuiuijs communib;
aqua vino admisceri solitum sit: factum est, ve
in hoc spirituali conuiuio aqua vino admisce-
retur, contra tamen Christi institutionem.

Origo. Pontificij ex eo desumptum putant, quod
de latere Christi exiuit sanguis & aqua, vt col-
ligitur ex concilio Martini Papæ dist. 2. de
Conf. Cau. Non oportet.

Refutatio. Nec valet hic aquæ Allegoria, quam vehe-
menter vrget Cyprianus ad Ceciliū lib. 2.
Epist. 3. Et Martinus loco citato, Et ibidem,
Caus. Iulius. Item, Cum omne. Cum enim ex
latere Christi sanguis exiuit & aqua, Christus
tum cœnam non instituit, sed ante, & aqua
non populum (vt Cyprianus ex Apocal. 17.
colligit) sed cœlestem doctrinam, & sanguis
redemptionem significat. Quo nimurum si-
gnificatur Christum doctorem & redempto-
rem venisse. Vide 1. Iohān. 5. Christus venit
per

per aquam & sanguinem, &c. Vinum miscere
aqua. Esaiæ 1. Est sacra prophanis violari. Hic
cum ipsa ceremonia, & significationem Pa-
pistæ retinent. Vide alibi de modis loquen-
di) vnde merito damnati sunt aquarij, eo
quod aquam porrigerent in calice Sacra-
menti. De quibus lege Caus. 24. Quæst. 3. Cau.
Quidam. Lege & de hoc Augustinum de Ec-
clesiasticis dogmatibus Capite 75. & de Cons.
Distin. 2. Cau. sicut, & sequentibus.

PROPHANATIO XVI.

Quod Sacerdos saepius in altari, dum mis-
sam celebrat, nunc nunc illuc verti-
tur; id quod ab Ethnico ritu desumptum est.
Hoc enim, teste Apuleio, Ethnicorum sacer-
dotes circa aras factitabant, cum præsertim
responsa daturi, diuino, uti credebant, spiritu
afflati, agitarentur. Vnde procul dubio apud
nos sunt huiusmodi in altari, vertigines,

Sacrificatio
rum gesticu-
lationes.

PROPHANATIO XVII.

Quod semel in anno Laicos communi-
cauerunt. Quod institutum Zepheri-
no ascribunt. Olim in usu fuit, ut omnes in

Laicorum
communi-
caio aua-

QVÆ ST. DE VBRB IS

Ecclesia conuenientes, omni die communica-
cent, vt est, de Cons. Dist. 2. Caus. Peracta.
Item hi qui, Item quotidie. Postea constitu-
tum est, vt cōmunicarent diebus dominicis,
vt est, de Conse. Dist. 2. Cau. Quotidie. Dein-
de vt tribus vicibus in anno communicarent
ex Concilio Agathensi lege de Cons. Dist. 2.
Cau. Seculares. Item, Etsi non. Omnis homo,
Postea in concilio Lateranensi. (circa annum
1220.) statuitur vt semel in anno communi-
carent Laici.

Resolutio. Refellitur Decretū ex Christi Dicto. Hoc
facite in mei commemorationem : quemad-
modum & Paulus docet. Iam memoria cor-
poris Christi , traditi , non semel in anno in
memoria reuocanda est, sed s̄epius. Et Acto-
2. legitur. Continuè autem perseverabant in
doctrina Apostolorum , in communicatione
& fractione panis. Vide & Chrysostomum
Tomo 3. & varia Conciliorum decreta.

PROPHANATIO XVIII.

Confessorē
cōmunicā-
tio.

VT non nisi confessi sacramentum sume-
rent. Id quod ex Zephorini instituto
promanasse videtur. Nam cum Zephorus
instituisset, vt omnes Christiani qui annos pu-
bertatis attigissent, singulis annis in solenni
die

die paschæ, publicè communicarent. Id institutum Innocentius 3. ad anticularem confessionem traduxit, ut omnis Christianus in anno omnia peccata, simul cum circumstantijs sacerdoti confiteatur, ut est in Decretalibus. Grego. lib. 5. Tit. 38. Cau. 12. Omnis.

Refellitur decretum. Proverb. 25. Alteri ne reueles secretum ne forte insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesser. Eccles. 8. Ne aperias cor tuum homini, ne tibi referat falsam gratiam, faciatque conuicium. Psal. 18. Delicta quis intelligit? Et Psal. 135. Confitemini Domino Domini orum.

Ex Doctoribus. Hieronymus Epist. 5. Non enim conscientiæ latebras hominibus sciri, aut nudare permisum, dicente scriptura, Homo in facie videt, Deus autem in corde.

Chrysostomus super II. Cap. ad Hebræos. Non vult ut prodamus nos apud alios, sed iubet Domino viam nostram reuelare. Lege Vuesthemerū fol. 223. 231. Lege & Rheygum, ibi Petrus Lombardus. Lege de Pœnitentia Dist. 1. Caus. Quidem, Porro, facilius, Scindite, Conuertemini, &c. Lege & Cyptianum Sermone 5. de lapsis.

Gratianus de Pœnitentia Dist. 1. adducit Veterum sententias quarum bona pars sentit de confessione solenni. Et reliquit velut in

Refutatio
ex Scriptis
ra.

QVAEST. DE VERBIS

dubio, num obligent ad cōfitendum an non? His enim verbis claudit prolixam disputatōnem, quibus authoribus, aut quibus rationēm firmamentis, vtraque sententia innitatūr in medium, breuiter exposuimus, cui auctōrem horum potius adhāerendum sit, lectoris iudicio reseruetur, vtraque enim fautores habet sapientes & religiosos viros.

Glossator Dist. 5. primi huius libri pronuntiat nos tantum ex institutione hominum obligari ad confitendum. Et ob id Gr̄ecos nunquam fuisse obligatos, quod ea constitutio nunquam sit recepta ab illis. Item in Capitulo, Omnis vtriusque sexus lib. 5. apud Gregorium Titulo. 38. Panormitanus sentit confessionē esse iuris humani, &c. Vide alibi vocem, Ostendite. Huc refer & illud Pauli, Probate. Probare enim est fideli mente expendere, quid Dominus instituerit, & qua necessitate instituerit, quantum sit redemptionis precium, quantum pr̄sens mysteriū, & in quod coēant, cum fidelibus omnibus spirituale corpus, quam sancta cum vita, cum fide opus sit, ne ob perfidiam & scelerum licentiam, vel corpus Domini prodamus, vel ex eo abscondamur. Contra aurium confessionem lege Martinum Dominica 3. post Epiphan. in Domestica Postilla, Brentium Hom. 8. de

8. de præparatione ad cœnam Dominicam.
 Rhegium in locis communibus: vbi plerasq;
 obiectiones ex Cyprian. refellit. Etsi enim
 nonnulli fructus ex hac confessione proue-
 nire videantur, suspectum tamē merito esse
 debuit Episcopis, quicquid, quantumcunque
 utile & bonum sine Scripturarum Testimo-
 nijs videbatur, in re præsertim tanta. Nam
 conscientiæ negotium agitur, cui si hac con-
 fessione tam egregiè consulitur, mirum est,
 nec Christum consuluisse vnicum magistra-
 tum, nec Apostolos Christianæ doctrinæ ab-
 solutissimos doctores, quicquam de hac con-
 fessione prodidisse Scripturis.

PROPHANATIO XIX.

VT omnia vasa altaris, non nisi aurea & Aureorum
& argentea argentea cultus opinione essent. Cuius rum uso-
rum usus. author Urbanus i. est. Antea enim ligneis va-
 sculis vtebantur teste Bonifac. martyre, vt est
 de Conf. dist. i. Cau. Vasa. Et apud Chrysost.
 Homilia 60. de sumptibus indignè diuina &
 sancta mysteria. Postea Zéphorin. statuit vt
 Calix vitreus, nō ligneus esset, circa annū 225.
 Deinde Vrbanius primus fecit omnia vasa
 argentea Dist. i. Cau. Vasa. Vide Conciliū Re-
 mense Cap. 6. Et Triburiens. Cap. 9. vt est de

QVÆST. DE VERBIS

Cons. Dist. i. 158. Caus. vt Calix. Præ calice in
Græco πωλήσιον est, à potando dictum sicut
poculum. Apud nos poculum est, vnde bibi-
tur, siue cyathus sit siue calix, siue vrceus.
Hæc Erasmus in Paulum ad Corinthios.
ἰγάλιξ apud Græcos generale nomen est, li-
cet propriè aliud significet. De vasis vetusta
te consumptis, quid decernant Pontifices
lege de Conse. dist. i. Caus. Altaris. De mundi-
tia vasorum & vestimentorum, Lege Grego-
rium lib. 3. Tit. 44. De custodia Euchæritiz
Cau. Relinqui. De vasis & ecclesiæ alijs bo-
nis, lege Ambrosium lib. de Offic. Chrysosto-
mum Hom. 81. & 60. De Sacerdotio lib. 3.
Cau. 12. Quæst. i. Cau. Expedit. Itē res Eccl.
Item ex his Episcopus, Caus. 12. Quæst. 2. Cau.
Mos est, Concesso, quatuor de redditibus.
Item aurum gloria.

Ambrosius in Officijs. Qui sine auro misit
Apostolos, & Ecclesiæ sine auro congrega-
uit, iuxta illud Petri, Non auro, neque argen-
to, sed precioso sanguine Christi, &c. Item au-
rum sacramenta non querunt, neque auro
placent, quæ non auro emuntur. Et Hiero-
nymus laudat Exuperium Tolosanum Epi-
scopū, qui corpus Christi canistro vimineo,
sanguinem portabat in vitro, quiq; auaritiam
eiecerat è templo.

Persius

Persius clamat. Dicite Pontifices, in sacro
quid facit aurum? Lege in Tripartita historia
lib.ii. Cap. 16. de Acatio Episcopo dicente,
Deus noster nec discis, nec calicibus opus
habet, nam neq; comedit, neq; babit.

Laurentius Decio, cæcos, claudos, &c. pre-
sentans, dixit, Ecce isti sunt Thesauri æterni
qui nunquam minuuntur, sed crescunt: Qui
in singulis disperguntur, & in omnibus inue-
niuntur.

PROPHANATIO XX.

Quod confertur ad bona corporis im- Malus finis
petranda ad victoriam, fœlicitatem,
item ad morbum, grandinem, tempestatem
depellendam (post Gregorium) Item quis
huic suffuratus sit pecuniam, an vxor diligit
amicum, an amica procum.

PROPHANATIO XXI.

Quod ad quæstum contulerunt, cuius
author Gregorius 7. fuisse perhibe-
tur, circa annum 1074. Hic enim statuit ad
missarum solennia semper aliquid offerri de-
bere, vt est, de Conse. Dist. i. Cau. Omnis. Le-
ge & Caus. ii. Quæst. i. Cau. Quia Sacerdotes,
Caus. 16. Quæst. i. Caus. Statuimus. Non ne-

QVÆST. DE VERBIS

esse habemus in Ecclesia Christi externas oblationes offerre, more Israelitarū, necesse tamen habemus ministros Ecclesiæ alere & pauperibus benefacere. Necesse item habemus in Ecclesia Spirituales oblationes offerre, quæ sunt oratio, gratiarum actio, obedientia, cor contritum & humiliatum, & similia genera oblationum spiritualium.

PROPHANATIO XXII.

Quod missam in honorem sanctorum celebratunt. Id quod ex Numæ instituto desumptum est, circa annum 610. Hic enim Flamines instituit, qui Ioui, Marti, Quirino sacra peragerent.

Refutatio. Facilè hoc refutari potest, ex vero vnu Sacramenti. Exod. 22. dicitur: Sacrificans dijs eradicabitur.

Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 8. Cap. vlt. Martyribus nostris neq; sacerdotes institui-
mus, neq; offerimus sacrificia, quia incōgruū,
indebitum, illicitum, atq; vni tantum debitū.
Idem Psal. 94. Templa, Sacrificia, instituti sa-
cerdotes, hæc omnia non nisi vni magno de-
bentur. Idem lib. 19. de Ciuitate Dei 23. Cap.
Cœlestibus sanctis angelis, & virtutibus po-
pulo suo Hebræo minanter sacrificari vetat,
dicens Exod. 22. Sacrificás Dijs eradicabitur.

De

De Conf. Dist. i. Cau. Non oportet: Nō liceat
inquit Martinus, Christianis prādia, ad defun-
ctorum sepulchra deferre & sacrificare mor-
tuis.

PROPHANATIO XXIII.

Quod ab uno sacrificulo, vnam tantum missam uno die requirunt. Author Alexander i. circa Annū 120. vt est de Conf. Dist. i. Caus. Sufficit. Et Gregorius lib. 3. Tit. 41. Caus. Consulisti. Die tamen nativitatis tres missas celebrant; id quod Thelesphorus instituit. Vnde versus:

Nocte prior, sub luce sequens in luce suprema.

Sub Noe, sub David, sub cruce sacra nota.

Vt est de Conf. Dist. i. Caus. Nocte. Et è loco Gregorij præfato. Alij quoq; versus, vna cum missarum trium significatiōne recensentur.

Tres sunt in natali debent missæ celebrari

Quarum prima sacræ Christi signat genituram

Altera venturi designat gaudia Christi

Tertia iam factū, quod lex, fore, sacræ figurat.

Porrò in alijs diebus vnam tantum, nisi cum diuersa Dei beneficia commemoranda sunt, vel impetranda pro viuis & mortuis, tunc enim licere pluries celebrare, si ad sufficiēt facultas. Lege Cau. Sufficit.

QVAEST. DE VERBIS

Refutatur voce Pauli. Quotiescunque. Et de Leone Papa legitur quod s̄ep̄ septies, alio quando nuoies, missam celebrauit vno die.

PROPHEANATIO XXIII.

Certum
tempus.

Quod tempus certum missæ præscribunt, ut horam tertiam, sextam & noctam. Id quod Thelesphorus instituit, circa annum 130. vt est de Conf. dist. 1. Cau. Nocte Tertiam verò indè maximè usurpare videntur, quod in ea hora Dominus crucifixus sit, & super Apostolos spiritus descendit.

Refutatio.

Refelli facilè potest, quod ut verbum, ita ordinatio Dei loco aut tempori alligata non est. Paulus etiam Acto. 20. Fractionem panis nocte fecit, quod nos die solemus. Et Paulus hac voce, Quotiescunq;, liberum Ecclesijs reliquit, quando & quoties sacra celebrarent.

PROPHEANATIO XXV.

Coma &
barba.

Quod à comato & barbato missam celebrari nolunt. Huius instituti Authores sunt Anicetus circa annū 160. vt est Dist. 23. Cau. Prohibete. Item Martinus, vt est in eadē distinctione. Cau. Non liceat. Item Gregorius, vt est in Caus. Si quis. Item Conciliū Agathense,

Agathense, ut est Dist. 23. Can. Clerici. De Allegoria attonsi Capitis lege. Caus. 12. Quæst. 1. Caus. Duo sunt. Lege & Augustinum in sermonibus ad Heremias, Sermone 20.

Id certe ab Ethniciis desumptum est. Nam, Origo. vt scribit Herodotus, Ægyptij tondent in funere barbam: Aliæ gentes tondent etiam capita. Ac Persæ, teste eodem, cum lugerent Massicium ab Atheniensibus interfictum, totum derunt non seipso tantum, sed etiam equos & iumenta. Idem scribit sacerdotes apud alias gentes comatos in Ægypto derafios esse. Et quidem tradit eos tertio quoque die totum corpus eradere. Et Baruch. 6. De Ethnicis sacerdotibus dicitur: Sedent sacerdotes in templis Deorum suorum habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, & capita nuda, rugientes & clamantes coram Diis suis sicut in cœna mortui. Lege Cic. libro 3. Thuscul. Quæst.

Refellitur Decretum Leuit. 19. Ne rotundum attondebitis caput, nec vities angulum barbz tuæ. Leuit. 21. Ne caluitum inducant sacerdotes capitibus suis, angulum barbz ne attondeant. Ezech. 14. Non radent etiam caput suum, neque comam nutrient, sed accuratè subinde comam suam tondebant. Huc facit & illud Baruch. 6. Cyprianus libro 6. ad

QVÆST. DE VERBIS

Quirinum, circulum in capite non habendū, nec vitiandam effigiem barbæ. Gregorius magnus, tonsuram arrogantiæ tribuit. Alibi assentit inductam valetudinis gratia, sed quid ad illos qui frigidum cœlum inhabitant? Quid qui rara Cæsarie? Samson tonsus viribus destitutus & effeminatus efficitur, fortassis eadem est mollium sacrificiorum figura. Lege Oecolampodium in Ezech. 44.

PROPHANATIO XXVI

Canonis
adiecio.

Quod impium canonē adiecerunt, qui velut cento à diuersis homuncionibus nō ab Apostolis, non ab ullo concilio compositus, temerè abusu quodam irrepit, inchoatus amplius quam 380. annis post Christum, tempore Siricij. Ad illud usque tempus in cōmunione recitata tantum verba cōnsercum illo nō malo initio Alexandri, id est: Qui pridie quam pateretur, &c. Absolutus vero est 600. post Christum annis, tempore Gregorij, idq; ut ipse scribit à quodē Scholaſtico, cuius nec eruditio nec sanctitas prædicatur.

Authores canonis Alexander I. Syricius, Gelasius, Gregorius, Scholaſticus, &c. Polidorus lib. 5. Cap. II. Ex quo apparet ipsum Cānonem neque ab uno integrum neq; in eam formam digestum, qua modo conſtat.

Bullingerus

Bullingerus in 1. Timoth. 2. Canonis cuius initium est: Tu igitur clementissimè pater: Haec tenus nullam feci mentionem , eo quod certum sit, hunc sero tandem receptum esse à quibusdā ecclesijs, & procul dubio melius haberet cōetus Ecclesiast. si Canon nunquam fuisset receptus. De Canone lege Martinum & Philippum plerisque in locis. Caluinūm, Matthiam.

PROPHANATIO XXVII.

Quod materiam Sacramenti cœnæ mū Materiæ tarunt, nimirum aut aquā solam pro mutatio.
vino, ut aquarij, aut vinum vna cum aqua pro ferendo. De qua re lege Caus. 24. Quæst. 3. Ca non. Quidā: & Cons. Dist. 2. Lege Sacerium in contrarijs cœnæ circa finem.

Manichæi cœnam conspersam cum semine humano sumebant, de quibus lege Epiphan.

Cataphryges extorquebant sanguinem ex infantibus anniculis, quem de toto eius corpore viuentis punctionum vulneribus elicie bant, & inescantes cum farina, panem inde conficiebant, quo vterentur in cœna.

PROPHANATIO XXVIII.

Quod naturam signorum falso transub stantiationis miraculo permūtent. Quo Transub stantiationis.

QVAEST. DE VERBIS

niam circa annum præcipue 1210. decretum factum est de transubstantiatione, voci & veritati & sermoni regulari absonta. Transubstantiationem tandem definijt concilium Turonicum. Vuercellense, circa annum 1051. sub Leone 9. Item Florentinum sub Victore 2. Ac Romanum concilium Anno 1058. Et Lateranense 1215. sub Innocentio 3. contra transubstantiationem, (quæ pluribus alias refutata est) legitur.

Gelasius cōtra Eutychen & Nestorium. Certo, inquit, Sacraenta quæ sumimus corporis & sanguinis Christi, diuinæ res sunt, propter quod & per eadē Diuinæ efficiuntur consortes naturæ, & tamen non esse definit substantia, vel natura panis & vini. Ibidem: Permanet tamen in sua proprietate naturæ. Item ex quibus constat propriè permantibus. Lege & in decretis. Item August. Tertullianum & alios, qui panem signum corporis esse, ynanimi consensu tradunt.

PROPHANATIO XXX.

Verborum
corruptionis. **Q**uod, prauo transubstantiationis sensu, verba ipsa cœnæ Domini in totum corruerunt. Quod sane effugere nullatenus potuerunt, ubi in re Sacramentaria signa cum rebus

rebus signatis apud eos confusa sunt. Proinde omissis nunc alijs vocabulis, quæ miserè & impiè torquent, cœu suo loco dictum à nobis est. Particulam, Est, pro transubstantiari positam putant, atq; illam fieri non conuersione substantiæ vnius in alteram, sed quia in locum panis, quem euanscere ipsi somniant, Christi corpus subeat. Hoc verò omnibus gentibus & linguis inauditum est, ut substantiale verbum in hunc sensum usurpetur. Atq; ita mysterium tollitur, quod in cœna representare Dominus voluit. Panis enim visibilis symbolum sit oportet, quo spiritualis ille figuratur.

Friuola est illa cauillatio de virgæ conuersione in serpentem Exod. 7. qui tamen virga appellatur, quæ in pristinam virgæ formam mox redditura erat,

PROPHANATIO XXX.

Quod hostias suas vendunt Sacerdotes, Hoffiarum uenditio. parum enim esse putabunt commune ex æquo fieri sacrificium pro tota ecclesia, nisi adderent, sui arbitrij esse, huic aut illi, cui vellet, peculiariter applicare, vel potius cuicunque, qui talem sibi mercem, numerato precio emere vellet. Porro quoniam ad Iudæ taxa-

Q V A E S T . D E V E R B I S

tionem accedere non poterant (quamvis vel hisce triginta additamentorum prophanationibus, Christum perfide quasi triginta argenteis prodidisse, manifestum reliquerint) ut tandem vel aliqua nota sui authoris exemplum referrent, taxationis Iudæ partem decimam retinuerunt, sed ille semel, hi quoties emptor occurrit, vendunt. Legimus sacramentum à Paulo Pomorano sacrilego venditum anno 1510. nouem grossis, id quod postea Papistæ imitati sunt. Lege Baruch. 6.

Porrò ad evidentiam horum: primo iam generalem omnium institutorum Confutationem ex Doctoribus afferemus. Deinde quis verus & simplicissimus cœnæ Domini vius in primitiua ecclesia fuerit, suo loco & ordine proponemus.

C O N F U T A T I O G E N E R A L I S Omnium institutorum seu additamentorum, quæ à pījs etiam & sanctis hominibus adiecta sunt.

Ex Doctoribus.

Ignatius Epist. i. Obturate aures vestras, quando vobis quis sine Iesu Christo filio Deiloquitur. Idem Epist. 9. Omnis qui dixerit

rit præter illa quæ à Christo tradita sunt, tametsi fide dignus sit, tametsi ieiunet, tametsi virginitatē seruet, tametsi signa faciat, tametsi prophetet, lupus tibi appareat, in gregem ouium corruptionem operans,

Augustinus de vnitate ecclesiæ. Non audiamus hæc dico, hæc dicit, sed audiamus hæc dicit Dominus. Idem, cum Christus tacuerit, quis nostrum dicat, vt illa, vel illa sint, aut si dicere audeat, vnde probat?

Ambrosius. Decimo de Paradyso ca. 2. Nihil inquit quod velibonū videtur addēdū est.

Ieronymus super Matthæum ca. 23. Quod de scripturis non habet autoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.

Augustinus Psal. 57. Loquuntur sua loquuntur, inania ille tradidit, sed quid ad me? nec tu mihi quos nominas ex Euangelio legis, nec ego quos nomino ex Euangelio lego. Auferantur igitur de medio chartæ nostræ, procedat in medium codex Dei. Ibid. Quod Dominus dicit, non quod homo dicit, potest fieri, vt homo mentiatur, non potest fieri, vt veritas mentiatur. Idem Psalmo 36. Si ego nolo & Deus vult, agite. Si autem Deus non vult, etiamsi ego vellem, malo suo ageret qui ageret. Item Psalmo 85. Quantum conceditur de Scripturis Sanctis, tantum audio.

QV AEST. DE VERBIS

dicere nihil ex me. Idem de Nuptijs & Concupiscentib[us]. lib.2. Cap.33. Ista inquit controv[er]sia iudicem querit, iudicet ergo Christus.

Hieronymus in epistolam ad Titum. Sine autoritate Scripturarum, garrulitas non habet fidem.

Cyprianus lib.2. Epistolarum Epist.3. Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid primus qui ante omnes est, Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Lege & Dist.8.

Augustinus ad Castulanum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est. Dist.9. Idem. lib.2. contra Gaudentij epistolam Cap.23. Non debemus quicquid in scripturis etiam Dei testimonio laudatos homines fecisse legerimus, consentiendo approbare, sed considerando discernere, adhibentes iudicium, non sanæ nostræ authoritatis, sed scripturarum diuinarum, quæ nos nec illorum hominum, quibus illic bonum ac præclarum testimonium perhibetur, omnia vel imitari vel laudare facta permittit.

Martinus Tomo 2. Missam & communio nem panis & vini ritum esse à Christo institutum negare non possumus, qui sub ipso Christo pri-

Ita primum, deinde ab Apostolis simplicissime, absq; vlliis additamentis obseruatus fuit, sed successu temporum, tot hominum inuentis auctus est, ut praeter nomen, nihil ad nos strata tempora peruenierit, ac primorum parentum additiones laudabiles fuere, &c. Ac paulo post: At ubi iam licentia siebat, addidi, mutandi, prout cuiuis libebat, accedente etiam quæstus & ambitionis sacerdotalis tyrannide, tunc cœperunt altaria illa, vestes, & alia insignia Baal, & omnium Deorum ponii in templum Domini per impios reges nostros, hoc est, episcopos & pastores. Idem Tomo 2. Nihil sub cælo periculosis gestis sanctorum, testimonio scripturarum non roboratis. Cū enim cōstet iustum septies cadere, & sanctos variè peccare, quis nos certos faciet non esse peccatum, quod illi sine testimonio scripturarum fecerunt? Laudo in hac parte Sanctum Anthonium, qui hoc maxime inculcauit & cōsuluit, ne quis aliquid operis tetaret, quod non haberet autoritatem ex Scriptura. Imò tutius est hoc inter sanctorum peccata numerare, quod sine autoritate scripturæ fecerūt, quam pro bono exemplo imitari. Sanctos enim non multum læseris, si incertum eorum factum peccati damnaueris, agnoscunt enim se peccatores esse. At vehementer offendes

QVÆST. DE VERBIS

Si exemplo eorum te ad præcipitium impulſis. Proinde Christus vult nos non hominum gestis, ſed certis & fidelibus verbis niti. Hæc Lutherus. Vide ſimilia plura in legibus diſputationis. Vide & Caluinum in Institutione de Missa.

Puritas ritus missæ in primitiuā Ecclesiā ſine ullis hominum additamentis traſtata. Initio ipsum corpus huius rei fuit commu-
nio & prædicatio passionis Domini. Addita-
autem huic corpori ſunt aliqua pia acciden-
tia cantilenarum & orationū. Postea ſequen-
tum eſt ipsum corpus. Deinde eam actionem
Papæ exornare volentes, ſubinde additamen-
tis aliquibus onerarunt.

Hieronymus lib. 3. contra Pelagianos dicit Dominum docuisse Apostolos ut oratio-
nem Dominicam dicerent in cœna Domini.

Guilhelmus Durandus li. 4. Ceremoniarū
diſertè dixit: Dominum instituisse quidē cœ-
nam, nec alijs verbis uſum eſſe, quam confe-
rationis, quibus Apostoli adiecerint oratio-
nem Dominicam. Atque hoc modo idem au-
thor tradit Diuū Petrum primam in Orien-
te Missam celebraſſe. Similia tradit & Inno-
centius lib. 1. de Altaris mysterio. Et Anthoni-
nus in historia. Titu. 5. Ca. 2. Et Gabriel lector
ne in Canonem 25.

Grego-

Gregorius in Registro affirmat se addidisse Dominicam orationem, nisi fortè intermis-
sam restaurauit. Nam dicit lib. 7. Cap. 63. In Re-
gistro. Mos inquit Apostolorum fuit ut ad i-
psam solam orationem Dominicam oblatio-
nis hostianam consecrarent. Ex eodem Capite
liquet, multos fuisse, qui Gregorio de Missæ
confaricatione contra dicerent. Affirmant
Papistæ Iacobum & Basiliū hæc mysteria
auxisse, verum ipsimet se mendacij arguunt,
cum in Patribus missæ nihil habent, quod i-
stis tribuant.

Platina in vita Sixti. Nuda inquit, hæc pri-
mo erant, & omnia simpliciter tractabantur.
Petrus enim ubi consecrauerat oratione, Pa-
ter noster, non usus est.

Polydorus li. 5. Ca. 19. Nuda ab initio & sim-
pliciter mysteria à Christo tradita apud Apo-
stolos erant. Nuda omnis ceremoniarum ra-
tio, plus pietatis habens quam apparatus. Ná
tatis constat Petrum, qui vel primus omniū
Apostolorū princeps, vel unā cum alijs Apo-
stolis rem diuinam, eo ritu quē à Christo ac-
cepisset, identidem fecerat, post consecratio-
nem continuo inferre solitum Dominicam
precem, &c. Liquet igitur circiter 100. post
Christi passionem atinis, tantum ipsa verba à
Domino instituta, in communione recitata
fuisse.

QVÆST. DE VERBIS

De Conf. Dist. i. Cau. Iacobus in glossa post alij alia addiderunt, ad decorum & solennitatem Missæ.

Vnde in primitiva ecclesia hic ritus fere apud omnes seruabatur.

1. Prodibat in cœtum minister, instructus pane & vino stabat in conspectu populi mensa mystica.

2. Hinc ille asistens populo, benedicebat, dicens, Dominus vobiscum. Is verò respondebat, & cum spiritu tuo.

3. Deinde hunc ad res maximas excitans clamabat, sursum corda. Respondebat populus. Habemus ad Dominum.

4. Hinc vero ad gratiarum actionem invitans, dicebat: Gratias agimus Domino Deo nostro. Respondebat populus, Dignum & iustum,

5. Post ista subiiciebat minister verba cœnæ Domini.

6. His magna cum religione peractis dicebatur oratio Dominica.

7. Post orationem sacra mysteria percipiebat populus, ac his ritè peractis, dimittebatur cœtus. De hoc ritu lege Cyprianum Sermo. 6. de oratione Dominica. Augustinum liber. 3. contra Pelagianos. Lege Concilium Tletanum

letanum quartum. Quod in certam quan-
dam Missæ formam iurauit, Lege Bulling.

1. Timoth. 2.

Successu verò temporis rursus addita sunt
quædam pia accidentia, Cantilenarum & O-
ratio cum: habita est pia concio de pœnitен-
tia aut remissione peccatorum. Vnde tandem
tempore Cypriani (circa annum 260) aut e-
tiam ante:

1. Communes preces effundebantur 1.
Timoth. 2.

2. Legebantur Prophetæ & interpretatio-
nes habebant, vt appareat ex 1. Corinth. 14.
Capite.

3. Habitæ sunt admonitiones de cura pau-
perum, & colligebantur collectæ, vt est Act.
4. Vnde primæ & vltimæ preces in missa vo-
cantur collectæ.

4. Gratiarum actiones dictæ sunt Christo.

5. Fractus est panis & calix distributus in
memoriam passionis Christi. Ecclesia primi-
tiva obseruauit hunc ritum usq; ad Archadij
& Honórij Imperatorum tempestatem circa
annum 420. De hoc ritu vide Cyptianum li.

2. Epistola 3. Erasmus in Annotationibus in
Nouū Test. Vide & Philippum in locis com-
munib[us] de cœna Domini, ubi, retineatur, in-
quit, ille mos apostolicus qui annos circiter

Q V A E S T . D E V E R B I S

trecentos in Ecclesia inde usq; ab Apostolis
mansit. Recitentur piæ lectiones, erudiatur
populus salutari concione, fiant precatio[n]es.
Deinde recitentur verba Christi de cœna, &
Sacramentum distribuatur pijs exploratis.
Deinde dicatur gratiarū actio. Martinus To-
mo 2. missam & communionem panis & vini
ritum esse à Christo institutum, negare non
possimus. Qui sub ipso Christo primum: De
inde ab Apostolis simplicissime, sine ullis ad-
ditamentis obseruatus fuit. Sed successu tem-
porum tot hominum inuentis auctus est, vt
præter nomen nihil ad nos peruererit. Hæc
ille. De administratione cœnæ lege Caluinū,
fol. 613. Idem fol. 467. In cœna Domini admi-
nistранда fuit sub Apostolis magna simplici-
tas. Proximi successores ad ornandam myste-
rij dignitatem aliquid addiderunt quod non
esset improbandum. Sed postea superuenie-
nerunt stulti illi imitatores, tandem varia fru-
stula subinde consuēto, hunc quem in missa
videmus sacerdotis vestitum, hæc altaris or-
namenta, has gesticulationes & tota rerum
inutilium supellec[t]ilem nobis composuerūt.
Vide speculum Pontificum de inuentis eorū
De additamentis lege Decretales Gregorij
lib. 3. Titul. 41. Cau. Cum Marthæ, de celebra-
tione Missarum, & de Conf. distin. 2. Cau. Iaco-
bue

bus; Gregor. in Registro lib. 7. Cap. 63. Platinam in Vita Sixti.

Bullingerus in primia Epistola ad Timotheum. 2. Cœtus Eccles. ante annos mille fuerunt huiusmodi. Confluebat in eodem sacram cultus diuini gratia populus. Dum autem ingredieretur Ecclesia, ab his qui iam conuerterant Psalmi aliquot, in alijs quidem Ecclesijs canebantur, in alijs recitabantur tantum, donec uniuersus plenè coiisset cœtus. Hoc vero Sacrorum initium ab introeundo appellarunt intröitum.

Iam ubi conuerisset ecclesia, acclamabatur ab omnibus Kyrie eleison, hoc est Domine miserere.

Addebatur à quibusdā hymnus qui dicitur Angelicus, Gloria in excelsis Deo.

Hoc finito collectæ recitabat minister. Ea erat orationis species, qua totius ecclesie vota & necessitas collectæ recitabantur.

Deinde perlegebatur à Diaconis eruditioribus locus aliquis, siue ex libris propheticis siue apostolicis, pro temporis, loci & populi ratione delectus.

His absolutis in editiorem locum, per gradus ascendebat ipse Euangelium Christi prædictatorius: plebs interim carmine concepto spiritus gratiâ implorabat, quod à gradibus Graduale appellari cœpit. Aa 2

QV AEST. DE VERBIS

Hic verò Euangelium cum autoritate magna perlegebat episcopus. Deinde interpretabatur. Ad finē concionis recitabat symbolum. Præterea totam ecclesiam ad misericordiam inuitabat, ut quilibet pro suis facultatibus, aliquid in ærarium conferret pauperum, id quod offertorium vocabant.

Et Pontius Paulinus docet, mensam in Ecclesia ponit solitam pro pauperibus, quam & Domini mensam vocarent, à Domino pos tam. Hic autem ritus non per omnia erat omnibus gratus. Quidam enim Sacrum coetum etiam à Psalmis auspicabantur, seu ab acclamatione Kyrie eleyson. Idem, non habebant in vsu, vel hymnum angelicum, vel collectas, vel carmen graduale. Hinc alij succinebant Halleluja, ut indicat Hieronymus. Alicubi episcopus ipse sine ipsis omnibus, sacra concione & adiectis publicis precibus, conuentum & incipiebat & dimittebat.

Nulla verò ecclesia cogebatur in alterius ritus & instituta iurare, dum modo preces & conciones salutē essent. Et optimæ perpetuo quam paucissimis contentæ, potissimas impenderunt doctrinæ & precibus.

Cœna mystica Veterum. In cœna verò mystica hic ritus apud omnes propriè Ecclesiæ seruabatur.

Predic

Prodibat in cœtum sacerdos instructus
pane & vino, stabat in conspectu populi mea
sa mystica prout superiori folio ad vnguem
habemus.

*Ritus cœnæ apud Heluetios, ex Bul-
ling. in 10. Hebræ.*

1. Ante omnia factis ad Deum communi-
bus votis & precibus concio publica habe-
tur. In qua docetur Christum pro nobis mor-
tuum & oblatum, eam oblationem unicam
solam ad omnia pessata expianda satis esse.
Prouocatur populus ad sui & peccatorum
agnitionem, ad fidendum Deo, ad laudandum
Deum, gratias agendum. Additur & hoc Sa-
cra Symbola hoc nomine à Christo esse insti-
tuta, ea nō esse profana signa, sed sacrosancta.
Explicatur mortis & sacrificij Christi virtus,
quomodo pro nobis facta sit, & sanguinem fu-
derit: quomodo itē præsentibus exprimatur
symbolis. Postremo quomodo Christus se se
nobis totum impenderit. Monetur populus
ut accedat fide purgatus & charitate orna-
tus, ut condonet quisque proximo suo de-
lictum.

2. Postea accedit pastor diaconis conco-
mitatus, honesta, sed vulgari veste ad men-

Q V A E S T . D E V E R B I S

sam, quæ mundissimo lineo recta canistris pa-
ne fermentato & poculis vino plenis,in-
structa astat.

3. Posteaquam communicaturi omnes se-
se in sua propè Domini mensam receperint
loca, mox præmissa oratione ad Deum, sub-
iungit Diaconus Caput Ioan, sextum, quod
clara voce perlegit Ecclesiaz, ut ex ipsis Do-
mini verbis discant, quid sit carnem Christi
edere.

4. Deinde interiecta communia laude perle-
git alius Diaconus Caput II. ad Corinth. Ut
ex ipsa Domini institutione intelligat popu-
lus quid à Domino institutum sit in cœna &
quare institutum.

5. Tandem fidei articuli recitantur, Confes-
sio peccatorum editur, additur oratio, in qua
orat Diaconus, vt Deus nostri misertus, nos,
nostrasque preces suscipiat, sibi vniat, fidem
augeat, innocentiam tribuat & in vita sancti
monia conseruet.

6. Deinde pastor monet, vt quisq; hoc nego-
tij apud se expendat, nihil ex hypocrisi faciat.

7. Hic omnes procumbunt in genua & ora-
tionem Dominicā quisq; apud se tacite, pre-
cunte pastore maxima deuotione dicunt.

8. Accipit pastor panē azymū in manus &
spectante coramq; audiente ecclesia maximā
grauitate

grauitate & voce clarissima recitat verba Coenæ Domini. Deinde verò panem his qui circum mensam astant ministris distribuit, qui summa cum reuerentia suscipiunt. Et mox in calathis per totam circumferunt ecclesiam subsequentibus alijs cum poculis, quæ simili, ut panem, modo, tradit pastor diaconis. At ipse populus cibum potumq; sacrosanctum expectans, ipse in manus sumit, quod traditur à ministris, editq;, & proximè assidenti offerit quisque partem eius quod accepit. Itaq; omnes de uno pane & de uno poculo participant.

9. Interim verò dum sic sacra sumunt mysteria, perlegit lector colloquium coenæ quod Ioannes aliquot absoluit capitibus, oriens à pedum lotione, aliquousq; autem legit, dum calathi, crateresq; redierint omnes.

10. Tum in genua iterum procumbit Ecclesia & agit gratias Deo, pro morte filij & peccatorum remissione. Deinde verò se tam commendat Deo.

Tria hic quæsita discutienda veniunt.

1. Quibus nominibus coena appelletur.
Sicut celebratio paschalis varia in sacris nomina habuit, ut, victima, oblatio, cultus, feriae,

QVAE ST. DE VERBIS

conuentio, solennitas, transitus. Ita & Cœna
Dominica quæ in paschatis locum subiit va-
ria habet nomina.

1. Corpus & sanguis Christi, quod ipsi
fideles non pane modo vescuntur & vino sed
ipsis quoque rebus significatis spiritualiter
participant per fidem, & quod receptissi-
mum est Sacris Literis rerum nomina inder-
Symbolis.

2. Fractio panis à Luca ex ritu & socie-
tate toti nimirum sacro nomen imponens.
Ritu enim instituto à Domino, panem fran-
gebant p̄ij, & particulam quisque accipiebat
pius: coibantq; hoc modo, intercedente spi-
ritu Christi in societatem Sanctorum.

3. Cœna Domini, tum quod in illa spiri-
tualiter pascuntur sancti, tum quod inter cœ-
nandum primitus fuit institutum hoc sym-
bolum.

4. Mensa Domini I. Corinth. 10. quod in
illa nobis proponantur cœlestes epulæ ad re-
ficiendum animam. Hac appellatione via est
& Nicæna Synodus.

5. Communio eodem capite in Paulo.
Nam si vera fide celebretur & charitate, com-
munionem seu societatem habemus cum
Christo capite & cum omnibus membris
Christi. Ideo & Synaxis appellatur quod con-
ciliatio-

ciliationem significat, quod hoc mysterio figuratur & confirmatur arctissima coniunctio.

6. Pax, quia epulas sacras usurpant ad conciliationem & considerationem sancti.

7. Viaticum appellantur, quod Eucharistia priuatim exhibita fuerit agrotantibus, id quod tandem serio receptum esse constat. Prius enim priuatim non nisi lapsis & excommunicatis, morti vicinis, aut ob fidem denuo periclitantibus, in quibus s. signa poenitentiae relucebat, exhibebantur, ut est, apud Eusebium Ecclesi. Hist. lib. 6. Cap. 34. & apud Cyprianum lib. 1. Epistola 2. Apostolorum tempore publico celebratum esse, certum est. Hieronymus in Apologia quam pro libris suis aduersus Iouianum Pammachio inscripsit Romae sua aetate in domibus communicare quosdam solitos tradit, sed carpit morem in Ecclesia, ut communicent, hortatur.

8. Coetus sanctorum & conuentus, item collecta, ut & Paulus 1. Corinth. II. nuncupasse videtur, quia publice ab antiquo celebrata est.

9. Sacramentum Eucharistiae, ut Tertull. in lib. de corona militis. Alij Sacramentum corporis & sanguinis Christi, Alij symbolum, Alij sanctificatum in corpore & sanguine

QV AEST. DE VERBIS

Christi, panem & vinum. Alij mysterium corporis & sanguinis Domini nuncuparunt. Atqui mysteria appellarunt, Græci arcana quædam sacra, Latini Secreta, seclusa vocant. Nam soli fideles, qualis sit cœna intelligunt.

10. Eucharistia ab affectu.

11. Sacrificium, immolatio, solennitas & oblatio quod sacrificij Christi symbolum sit. Deinde propter orationem, & gratiarum actionem, &c.

12. Agape quod eleemosynæ in pauperum refrigerium, in loco publico & sacro expenderentur. Meminit huius rei Tertullianus in Apologia Cap. 39. & Augustinus contra Manichæos lib. 20. Cap. 20.

13. Liturgia, quod publicum sit sacrum, solennis celebratio & charitatis misericordiaeque Symbolum.

14. Officium, nostri enim officij est, minisse mortis Christi, gratias agere.

15. Missa, quod tributum significat seu collationem populi. Nam in cœna vestigalia sacra pendimus gratiarum actionem & laudem. Vide alia quædam nomina, in secunda cœnæ prophanatione ex doctoribus adducta.

2. Ansymbola in manus Laicorum danda,

Olim

Olim certè Eucharistia Laicis in manus
dabatur ut testatur Hist. Ecclesiast. lib. 6. Cap.
33. Item Historia Tripartita lib. 9. Cap. 30. Sic
Ambrosius ad Theodosium Imperatorem.
Quomodo huiusmodi manibus suscipes san-
ctum Domini corpus? Item lib. 6. Eusebij
Cap. 34. Paruum Eucharistiæ puero datur,
ad patrem ægrotantem deferendum. Vide
& Cyprianum lib. 5. de Lapsis. Observabatur
hæc Nouati tempore Romæ, ut appareat ex
Eusebio, id quod postea Romana Ecclesia
mutauit. Lege & Vuesthemerum fol. 315. 317.
319. Et Bulling. in Cap. 10. ad Hebreos. Por-
to de illo Lucæ, accipite & diuidite inter
vos, lege contextum & Theoph. in Lucam.

Caluinus folio. 614. In manum acci-
piant fideles, nec ne, inter se diuidant, an
singuli quod sibi datum fuerit edant, cali-
cem in Diaconi manu reponant, an proxi-
mo tradant, panis sit fermentatus an azy-
mus, vinum rubrum an album, nihil refert.
Hæc indifferentia sunt & in Ecclesiæ liber-
tate posita. Iam si figuram cum figurato
conferas, perspicuum erit magis conueni-
reactioni, ut à ministro dentur, panis & vi-
num, quam vt quisque sua manu quod sibi
datum fuerit, edat. Nam de corpore dicitur;

15903959


QVAEST. DE VERBIS


datur de sanguine effunditur scilicet per
Ium. Sacra menta autem, teste Augustino, si
militudinem quandam rerum habent, qua
rum sunt Sacra menta. Porro accipite, dixit
ad differentiam sacrificij, in quo aliquid da
tur Deo.


3. An minister cum alijs commu
nicare posse.

Paulus Acto. 20. distribuit Sacrosanctum
symbolum, ipseque sumpsit cum ceteris:
Sic enim dicit Lucas cum fregisset panem at
degustasset, &c. Et Christus dicit: nou
edam, non hibam, ut qui se edere
cum discipulis, si
gnificaret.

F I N I S.







OCN 43120464